

PREFACE

See the Preliminary comment to Part 1, Book 6, chapters 1-15

The following sources have been comprehensively collated for a critical reconstruction of 1 Dial. 7 .11-23:

Tradition A: **Bb An Fi**

Tradition E: **We Vc**

Incunabulum: **Ly** (representing tradition *B*)

There are 2014 word readings (cf. apparatus and compare PREFACE to 1 Dial. 6.76-83) which deviate from the critical text. In that context, the reliability of the selected witnesses is as follows:

SAI= standard accuracy index

DR= deviant readings

Vc : 80.1% SAI (401 DR)

Bb : 78.9% SAI (424 DR)

Fi : 78.2% SAI (439 DR)

An : 70.4% SAI (597 DR)

We : 68.1% SAI (643 DR)

Ly : 52.3% SAI (960 DR)

The only noticeable peculiarity in this segment is the temporary deterioration in the quality of ms. **We**, due largely (if not exclusively) to unusual scribal spelling inattentivenesses. But the strong contribution of tradition *E* to the reconstruction of our critical text is maintained by ms. **Vc**, here freed from its intermittent convergences with tradition *B*. The adequacy of the other witnesses remains at expected levels, excellent for tradition *A*, and somewhat weaker for *Ly*.

The material of chapters 11 through 23 of 1 Dial. 7 contains some of the earliest analyses Ockham wrote in his *magnum opus*. The literary date conveyed in 1 Dial. 7.10 (=spring/summer of 1331) is confirmed as also being the actual date of these early compositions through a closer scrutiny of their theoretical perspectives. They are certainly for the most part prior to the *Visio beatifica* controversy, though evidently reviewed in its context in early 1332 (cf. *infra* ch. 18 at “quod anime reproborum minime cruciantur”), along with many other passages of 1 Dial. They appear to be very close in time to the publication of the **Great Munich Appeal** (not to be confused with the short Appeal of March 1330) against *Quia vir* in late July or early August of 1331 (cf. G. Gal-D. Flood, eds., *Nicolaus Minorita: Chronica*, St. Bonaventure, NY, 1996, pp. 928-9). If we link these analyses to other segments of Book 7 (especially to 1 Dial. 7.70 (cf. our **Preface** to 1 Dial. 7.65-73), we may suggest that composition began shortly before Ockham obtained copies of Gerald Odo's June 1331 Perpignan works (*Quid niteris* [reflected in 1 Dial. 7.10 = cf. *Fragments of Ockham Hermeneutics*, p. 110] and *Operarii subdoli* [reflected in 1 Dial. 5 and in the treatise *Quoniam omnis* = cf. our **Preface** to 1 Dial. 6.98-100]).

Date of composition is not, of course, to be confused with date of publication. As noted elsewhere, we have no firm indicators that any part of the *Dialogus* was published in Ockham's lifetime. The theses of 1 Dial. 7.18 are, to say the least, an embarrassing contradiction to his famous "non-involvement prior to 1328" statement [as to the Poverty controversy] in the *Littera ad Fratres* of May, 1334 (cf. *Political Ockhamism*, pp. 25-6, note 4). They indirectly support the notion that at that time, and thereafter, whatever was available of *Dialogus* lay in quiet repose among Ockham's private papers. As he wrote of it in his *De imperatorum et pontificum potestate* in 1347 or 1348: “I began this work a long time ago” [quem dudum incepi].

For further preliminary comments on this portion of the *Dialogus*, see *Fragments of Ockham Hermeneutics*, pp. 110-112 .

George Knysch

January 2011

Capitulum 11

Discipulus: Quantum intelligo, omnes rationes predicte, et forte omnes alie que possent fieri ad conclusionem eandem, duobus fundamentis inniti videntur.

5 Quorum primum est quod unusquisque tenetur proximos suos sicut se ipsum diligere, et eis facere quod vellet sibi fieri. Secundum est quod fides catholica est omni homini preferenda, ut ob timorem, favorem, amorem vel gratiam cuiuscunque mortalis nullatenus obmittatur quod ad salvationem, exaltationem, et dilatationem fidei christiane noscitur pertinere. Quare pro conclusione
10 predicta desine allegare, quia forte alie rationes eandem virtutem cum predictis haberent, et dic qua pena, secundum assertionem predictam, ignorantes ignorantia dampnabili papam esse hereticum et de eius perfidia informari nolentes, sint plectendi, et an sint heretici vel credentes aut fautores pape heretici reputandi.

15

Magister: Respondetur quod ad sciendum qua pena ignorantes ignorantia dampnabili papam esse hereticum, quia nolunt scire vel etiam quia non curant aut contempnunt scire, sunt plectendi, oporteret primo videre an sint heretici, vel credentes, aut fautores vel defensores pape heretici iudicandi.

20

Discipulus: Ab hoc ergo primo incipias.

Magister: Nonnullis apparet quod tales non sint heretici, stricte accipiendo ‘hereticorum’ vocabulum, nec sunt proprie fautores vel defensores pape heretici,
25 quia fautoria et similiter defensio aliquem actum positivum exteriorem importare videntur. Tales autem ignorantes, per hoc solummodo quod nolunt vel non curant aut contempnunt scire papam esse hereticum, nullum actum exteriorem exercent. Ergo propter hoc solummodo non sunt fautores vel

Capitulum 11,3 et] etiam Ly 4 possent] possunt Ly | eandem] *omitted* An Fi 5 sicut] se Fi 6 eis] velle *added* Ly 7 favorem] et *added* Ly 10 forte] *omitted* Ly | virtutem] veritatem Bb forte *added* Ly 11 et] nunc Ly | qua] que Fi 12 de] *omitted* We | informari] inforari Vc 13 sint] sunt Bb Ly | credentes] cre An 16 qua...17 scire] *omitted* An 18 vel] *omitted* Ly 19 aut] an Ly 21 Ab] ad Ly | ergo] *omitted* An Ly 23 non] *omitted* Bb An | sint] sunt Ly accipiendo] accepto Vc 24 hereticorum] heretico Bb 25 fautoria] fautio Ly 26 videntur] videtur We 28 hoc] *omitted* An

defensores pape heretici iudicandi. Dicitur ergo quod sunt credentes non quidem
 explicite erroribus pape, cum nesciant eum errare, sed sunt credentes ipsi pape 30
 heretico, ipsum esse catholicum dampnabiliter reputantes. Et isto modo videtur
 accipi nomen 'credentium' Extra, *De hereticis*, c. *Excommunicamus 1^o*. Aliter
 autem accipitur nomen 'credentium' eodem titulo, c. *Excommunicamus 2^o*.

Quod vero tales papam esse catholicum quando est hereticus dampnabiliter
 reputantes credentes valeant nuncupari videtur posse probari. Nam omnes 35
 dampnabiliter errantes et peccantes ex adhesionem ad personam pape heretici vel
 sunt credentes, vel fautores, vel defensores, vel receptatores. Non enim plures
 inveniuntur qui propter crimen ex adhesionem ad personas hereticorum secundum
 iura sint puniendi. Sed qui dampnabiliter reputat papam esse catholicum qui est 40
 hereticus, non est ex hoc solummodo fautor neque defensor pape heretici, sicut
 dictum est prius, nec est propter hoc receptator pape heretici. Ergo propter hoc
 solummodo debet inter credentes merito computari. Non tamen propter hoc est
 hereticus iudicandus, quia erroribus pape heretici minime credit, nec forte
 crederet si sciret errores eius, quia ex hoc solummodo peccat quia non vult, aut 45
 contempnit, vel non curat scire papam esse hereticum, nullum etiam prestando
 consilium, auxilium, defensionem, receptationem, vel favorem, nec forte actu ei
 obedit, licet forsitan sit obedire paratus. Imo potest contingere quod ex alia
 causa quam ex causa heresis, puta propter contentionem inter eum et papam
 hereticum de temporalibus, vel ex aliqua alia causa ei renuit obedire, paratus 50
 eum totis viribus impugnare, nolens tamen scire quod sit hereticus, nec volens
 permittere quod hereticus publicetur.

Discipulus: Dixisti secundum unam assertionem quod reputantes
 dampnabiliter papam esse catholicum, qui in rei veritate est hereticus, debent 55
 censi credentes. Ideo nunc dic, secundum assertionem eandem, qua pena tales
 sint plectendi.

Capitulum 11,32 Extra... 1o] cols. 787-9 33 c...2o] col. 789

29 non] *omitted* Bb | quidem] qu^l Bb quod Fi 30 pape] *omitted* We 32 1o] *omitted* Bb Fi | 1o...
 33 Excommunicamus] *omitted* An 33 titulo] Vc: *omitted* Ww 35 videtur] sic *added* We
 36 peccantes] potissime Ly 39 sint] sunt Ly Vc | reputat] reputant Ly | qui:] quando We Vc
 40 est] *omitted* An | neque] vel Ly 42 Non tamen] nec Ly 46 receptationem] receptonem We Vc
 47 obedit] vel *added* Bb 49 aliqua] *omitted* Ly | ei] rei An Fi 53 reputantes] repugnantes We
 56 sint] sunt Ly Vc

Magister: Pena eorum, secundum assertionem prescriptam, taxatur Extra, *De hereticis, c. Excommunicamus 1^o* cum dicitur: “credentes preterea, receptatores, defensores et fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiacere firmiter statuentes, ut, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica consilia seu officia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam instabilis, ut nec testandi liberam habeat facultatem nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ipsi super quocunque negotio, sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alicue ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur, si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore dampnato dampnentur. Et in similibus idem precipimus observari”.

Ex quibus verbis elicitur quod credentes de quibus hic fit mentio pena hereticorum sunt minime puniendi. Ex quo videtur patenter inferri quod credentes quorum pena hic taxatur non sunt heretici iudicandi, quia si essent heretici pena hereticorum essent merito percellendi. Et ita videtur aperte ostendi quod aliter accipitur nomen ‘credentium’ in isto capitulo et in capitulo eiusdem tituli *Excommunicamus 2^o*, ubi credentes heretici iudicantur. Hic autem non reputantur heretici. Patet ergo hic qua pena credentes qui dampnabiliter reputant papam esse catholicum, qui tamen est hereticus, sint plectendi.

Verumptamen circa penas credentium et aliorum in prescriptis verbis taxatas sunt diverse opiniones. Una est quod credentes, receptatores, defensores, et fautores hereticorum ipso facto sunt solummodo excommunicationis sententia involuti, et, si nunquam nominatim a prelati ecclesie fuerint denunciati excommunicati, alias penas non incurrunt, sed, si fuerint denunciati nominatim excommunicati, incurrunt eas penas post annum, si satisfacere contempserint infra annum.

58 Extra...59 dicitur] col. 788

61 subiacere] subiacti An Fi | ut] omitted Ly | fuerit] fuit Fi 63 nec:] non We 64 ad:] omitted Ly 65 nec:] omitted An Ly 66 ipsi] sb' st' added An sb added Fi 67 extiterit] existit Bb An Fi nullam] nulla We | obtineat] obtineant Ly 68 perferantur] Fb Ly: proferantur Bb An Fi We Vc fuerit] fuit Bb Fi | eius:] Fb Ly: omitted Bb An Fi We Vc 72 elicitur] colligitur Ly | mentio] sermo We Vc 76 capitulo:] 1 added Ly | eiusdem tituli] omitted Fi 77 tituli] Vc: capituli Ww 79 sint] sunt Vc 80 prescriptis verbis] Bb We: scriptis verbis An scripturis Fi Ly Vc | taxatas] We Vc: taxatis Bb An Fi Ly 84 excommunicati] excommunicato An | sed... 85 annum] omitted Ly 85 eas] eis Bb alias Vc

Alia est opinio quod omnes predicti omnes alias penas ab excommunicatione post annum incurrunt si satisfacere infra annum contempserint, sive fuerint denuntiati sive non excommunicati.

90

Discipulus: Dixisti secundum unam opinionem de illis qui reputant papam hereticum esse catholicum quia nolunt scire vel non curant scire eum esse hereticum. Nunc dic de illis qui putant papam hereticum esse catholicum, qui tamen non contempnunt scire.

95

Magister: Breviter respondetur quod si sint aliqui qui nesciunt papam esse hereticum, et ignorantia eorum non est affectata neque crassa et supina, quia in nullo resisterent illis qui eos vellent de perfidia pape heretici informare, sed parati essent eos audire, non sunt pena aliqua feriendi propter hoc, nisi in aliquo alio delinquere convincantur. Ignorantia enim talis eos excusat.

100

Capitulum 12

Discipulus: Supra recitasti opinionem dicentem quod volentes perfidiam pape heretici declarare debent audiri, et quod nolentes eos audire credentes papam hereticum esse catholicum sunt excommunicationis sententia involuti. Nunc autem dic an talibus volentibus perfidiam pape heretici declarare fides debeat adhiberi.

5

Magister: Una est assertio quod talibus minime est credendum, quod probatur primo sic. Illud non debet quis facere quod sacra pagina reprehendit. Sed fidem adhibere narrantibus aliquid sinistrum de alio sacra pagina reprehendit. Ecclesiastici enim 19 sic scribitur: “Qui credit cito, levis corde est, et minorabitur”. Ergo homo non debet credere referentibus et narrantibus papam esse hereticum.

10

12,12 Ecclesiastici ... 19] Ecclesiasticus 19:4

89 denuntiati] excommunicati *added* We Vc | non excommunicati] denunciati non fuerunt We Vc
 93 hereticum... catholicum] esse hereticum An Ly 96 Breviter] *omitted* Ly 98 qui eos] *omitted*
 An 100 eos] *omitted* An We 12,9 est] *omitted* An 11 Sed... 12 reprehendit] *omitted* Bb | alio]
 aliquo Ly 12 enim] *omitted* Ly | 19] ubi *added* Ly

15 Item, minus credenda sunt mala que referuntur de aliquo quam bona, quia unusquisque pronior esse debet ad iudicandum bene de proximo quam male. Sed bona relata de aliquo non statim sunt credenda. Unde et regina Saba cum multa excellentia audisset de Salomone, laudabiliter dixit ad Salomonem, ut
 20 legitur 3 Regum 10: “Verus est sermo, quem audivi in terra mea super sermonibus tuis, et super sapientia tua: et non credebam narrantibus michi, donec ipsa veni, et vidi oculis meis, et probavi quod media pars michi nunciata non fuerat”. Ergo multo magis non debet quis credere narrantibus mala de aliquo. Et ita referentibus perfidiam pape heretici minime est credendum.

Tertio sic. Illud quod dissuadetur in scriptura divina minime est agendum.
 25 Sed credere narrantibus sive bona sive mala dissuadetur in scriptura divina. Ergo non debet quis fidem narrantibus adhibere, et per consequens referentibus papam esse hereticum fides est nullatenus adhibenda. Maior est manifesta, quia nichil dissuadetur in scriptura divina nisi peccatum, quod catholicus minime facere debet. Minor diversis auctoritatibus scripture divine videtur posse aperte
 30 probari. Ecclesiastici enim 19 sic scribitur: “non omni verbo credas”. Et Ieremie 12 legitur: “ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona”. Et Michee 7: “Nolite credere amico”. Et 1 Johanne 4: “Nolite omni spiritui credere”. Ex quibus aliisque quam pluribus colligitur quod credere narrantibus dissuadet scriptura divina. Quare licet aliqui narrent quod papa est hereticus, eis nullatenus est
 35 credendum.

Quarto sic. Nullum crimen est credendum de aliquo antequam ordine iudiciario observato probatum extiterit. Sed per solam narrationem illorum qui asserunt papam esse hereticum crimen heresis de papa secundum ordinem iuris minime est probatum. Ergo talibus referentibus papam esse hereticum fides
 40 debet nullatenus adhiberi. Minor, ut videtur, probatione non indiget, quia absque iudice nichil secundum ordinem iuris ostenditur. Maior per sacros canones

19 3...10] 3 Kings 10:6-7 30 Ecclesiastici...19] Ecclesiasticus 19:16 | Ieremie 12] Jeremy 12:6
 31 Michee 7] Micah 7:5 32 1...4] 1 John 4:1

16 pronior] promptior We Vc 17 et] cum We 18 multa excellentia] multam excellentiam Vc
 audisset] audivisset Fi Ly | de] omitted Bb | laudabiliter...Salomonem] omitted An | dixit] dicit
 Ly 19 10] 18 We 21 ipsa] Fb: omitted Ww | quod] quia An 23 perfidiam] We Vc: omitted Bb
 An Fi Ly | pape heretici] papam esse hereticum Ly 24 Tertio] secundo Ly 25 bona] fide added
 Ly 26 quis] quilibet Ly 30 enim] Vc: capitulo Bb An Fi We omitted Ly | 19] 9 Bb | Et] omitted
 Bb 31 12] garbled We | ne] Vulg Ly: non Bb An Fi We Vc 32 Et 1] omitted Bb | 1] omitted Ly
 Nolite] omitted Ly 36 Quarto] Tertio Ly | aliquo] alio Fi We 38 esse...papa] omitted Ly
 41 nichil] We: vel Bb An Fi Vc | nichil...ostenditur] vel non secundum ordinem iuris nullus debet
 condempnari Ly | sacros] sanctos Ly

videtur aperte probari. Nam, ut legitur 30 q. 5 c. 9, Victor papa ait: “Quamvis enim vera sint, non tamen credenda sunt nisi que manifestis indiciis comprobantur, nisi que manifesto indicio convincuntur, nisi que iudiciario ordine publicantur”.

45

Item, Evaristus papa, ut legitur causa et questioni predictis, c. *Nullum*, ait: “mala itaque audita nullum moveant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam unquam credat; sed ante audita diligenter inquireat, nec precipitando quicquam aliquis agat”.

Item, Gregorius, ut habetur 2 q. 3 c. *In cunctis*, scribens Constantino Mediolanensi episcopo, ait: “De vestra igitur sanctitate absit a christianorum iudicio ea, que maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo suspicionis adduci, quia et sacre eloquii testimonium tenemus, ut mala maiora cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant, sed citius probata ulcisci. Hec igitur dixi, ut nimie levitatis esse ostenderem, si quis mala gravia credere studeat que probari non possunt”.

50

55

Item, Gregorius, ut legitur dis. 86 c. *Si quid*, ait: “Si quid vero de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat incognita, sed presentibus ecclesie tue senioribus diligenter est veritas perscrutanda”. Et eadem sententia sub eisdem verbis habetur Extra, *De simonia*, c. *Licet Heli*.

60

Item, Augustinus in epistola ad Vincentium, ut habetur 23 q. 4 c. *Quam magnum*, ait: “Facta nocentium que innocentibus demonstrari, vel ab innocentibus credi non possunt non coinquant quemquam”.

Ex quibus aliisque quam pluribus videtur aperte probari quod mala de aliquo credi non debent antequam secundum ordinem iuris manifeste probentur, et per

65

42 30...9] col. 1107 (*Dictum Gratiani*) 46 c Nullum] col. 1107 50 2...cunctis] cols. 657-8
57 dis...quid¹] col.303 61 Extra...Heli] cols. 760-1 62 23...63 magnum] col. 901

42 aperte] posse added Ly | 9] Kn: Incerta Bb An Fi We Vc 1§ Incerta Ly | Victor] omitted Ly
46 Item...papa] Idem narrat Sixtus papa qui Ly | ut legitur] nec Bb 48 quisquam] Fb: quisque
Ww | unquam] nunquam Ly | diligenter] dili¹ An | diligenter inquireat] diligit et querat Fi
50 Gregorius] Kn: Augustinus Ww | 2] 11 Vc | scribens] omitted Ly 51 episcopo] archiepiscopo
Vc | sanctitate] aliquis added An Fi 52 rumoribus] Fb We Vc: rationibus Bb An Fi Ly 53 quia]
omitted Ly | et] Fb Ly: omitted Ww | eloquii] eloqui An eloquiis We 54 ut] nec An Fi | maiora]
Fb: maiorum Bb Fi We Vc ma^{orum} An malorum Ly 55 ostenderem] ostenderet Fi 56 quis] qui
Ly | studeat] Fb We: studeant Bb An Fi Ly Vc 57 86] Kn: 96 Ww | Si...ait] omitted Ly | quid¹]
Fb Vc: quis Bb An Fi We 60 perscrutanda] perscrutanda Bb Fi 61 Heli] hili We 64 possunt]
possint We | coinquant] comquant Ly | quemquam] omitted Bb An Fi

consequens referentibus extra iudicium papam esse hereticum minime est credendum.

70 **Discipulus:** Videtur quod iste ultime auctoritates non faciunt ad propositum, quia loquuntur solum de iudicibus et prelati qui non debent credere ea que deferuntur ad ipsos antequam probentur aperte. Cum hoc tamen stat quod alii debent credere hiis que de perfidia pape heretici nuntiantur.

75 **Magister:** Hoc videtur irrationabiliter dictum, quia illi qui levius decipi possunt non debent esse promptiores ad credendum narratis quam alii. Sed alii quam iudices et prelati levius decipi possunt, quia minorem peritiam et experientiam rerum habent quam iudices et prelati. Ergo multo minus debent credere huiusmodi relationibus antequam clare secundum iudicarium ordinem
80 sint probate.

Capitulum 13

Discipulus: Quamvis prescripta assertio videatur bene fundata, tamen peto ut assertionem contrariam recitare digneris, et eam fulcire nitaris.

5

Magister: Tenentes assertionem contrariam variis modis reputant distinguendum. Quorum prima distinctio accipitur ex glossa dis. 86 c. *Si quid*, quod duplex est credulitas, una que spectat ad iudicem, alia que spectat ad socios. Credulitas que spectat ad iudicem est illa secundum quam iudex debet
10 proferre sententiam. Credulitas autem que spectat ad socios est illa qua quis extra iudicium credit socio. Secunda distinctio est quia aut referentes perfidiam pape heretici vel quodcunque crimen alterius fuerunt antea providi, discreti, et

13,7 glossa...quid] Gloss s.v. non credas, col. 415

67 papam... 70 Videtur] omitted Fi 73 debent] debeant Fi 76 narratis] narranti Ly Fi
77 minorem] mi^{re} An 78 prelati] Si ergo iudices et prelati [Si...prelati omitted We] non debent
credere his que narratur de quibuscunque antequam probentur added We Vc | Ergo] omitted We
Vc | multo] omitted Ly | minus] alii added We Vc 80 sint] sunt Fi | probate] probata We
13,3 videatur] videtur Ly 4 eam] eque added Ly 7 accipitur] sumitur Ly | 86] 65 Ly | quid] Fb
We Vc: quis Bb An Fi Ly 10 autem] omitted Bb Ly 11 socio] socios Bb | distinctio] We Vc:
differentia Bb An Fi Ly 12 fuerunt] fuerint We | antea] Bb We Vc: ante An Fi Ly | et] omitted Bb

bone fame, aut fuerunt criminosi et male fame. Tertia distinctio est quia, si referentes sunt criminosi, aut narrant tantum secundum famam aut secundum certam scientiam. Quarta distinctio est quia, si referentes sunt criminosi et male fame, aut ad assertionem relationis sue adducunt aliqua legitima documenta, aut nulla. Quinta distinctio est quia aut referunt notoria, aut illa que non sunt notoria que tamen probari possunt. 15

Iuxta has distinctiones tenent isti septem conclusiones, quarum prima est quod, loquendo de credulitate que spectat ad iudicem, nullus debet credere referentibus papam esse hereticum nisi sit notorium vel iudiciario ordine observato probatum. 20

Secunda conclusio est quod, loquendo de credulitate que est inter socios, secundum quod unus socius extra iudicium credit alteri, nullus tenetur credere uni soli, cuiuscunque fame vel opinionis existat, asserenti papam esse hereticum. 25

Tertia conclusio est quod uni soli bone fame et opinionis referenti per certam scientiam papam esse hereticum potest quis credere absque peccato, licet ei credere minime teneatur.

Quarta conclusio est quod pluribus honestis et discretis referentibus per certam scientiam papam esse hereticum tenetur quis credere. 30

Quinta conclusio est quod referentibus providis et honestis per famam publicam papam esse hereticum debet quis credere.

Sexta conclusio est quod quibuscunque criminosis adducentibus legitima documenta quod papa est hereticus est credendum. 35

Septima conclusio est quod quibuscunque criminosis vel male fame, si non declaraverint per legitima documenta papam esse hereticum minime est credendum.

13 fuerunt] fuerint We fures Ly | fame:] infamie Bb | si... 14 criminosi] omitted Ly
 16 assertionem] sertationem We | aliqua] alia Ly Vc 19 est] hec added An Fi 20 nullus] non Fi
 25 cuiuscunque...27 soli] omitted We (Tertia conclusio est quod uni soli *transposed infra* We)
 asserenti] asserens Ly 27 est] omitted Ly 29 teneatur] teneretur An Fi 30 Quarta] Tertia
 conclusio est quod uni soli bone fame et opinionis referenti per certam scientiam papam esse
 hereticum potest quis credere absque peccato, licet ei credere minime teneatur. Quarta We
 32 quod] omitted We 37 minime] We Vc: non Ly omitted Bb An Fi

40 **Discipulus:** Si prolixè istas septem conclusiones nitaris ostendere librum
nimis prolixum efficeret. Ideo circa eas succincte procedas.

Magister: Prima conclusio per auctoritates allegatas capitulo precedente pro
assertione contraria sufficienter videtur esse probata. Nam auctoritates ultime
45 asserunt manifeste quod iudex non debet credere hiis que dicuntur nisi
probentur, hoc enim, non debet reputare sententiam super hiis que obiciuntur
esse ferendam antequam sint aperte probata. Quod intelligendum est de illis que
non sunt notoria sibi et aliis. Et ideo, quicumque esset iudex pape heretici non
deberet contra eum diffinitivam ferre sententiam antequam convinceretur
50 legitime vel esset confessus, nisi esset notorium ipsum esse hereticum. In
notoriis enim non est necesse ordinem iudicarium observare.

Discipulus: Nunquid ille qui esset iudex pape heretici posset absque
manifesta probatione in iudicio papam hereticum detinere vel aliter citra
55 diffinitivam sententiam coartare.

Magister: Respondetur quod tanta et talis posset iudici fieri fides extra
iudicium de perfidia pape heretici et ingruente per eum periculo, quod iudex
ante causam iudicialiter captam posset papam hereticum detinere. Quod
60 probatur sic. Eque vel magis potest iudex detinere illum de quo est sibi facta
fides extra iudicium, qui maiori et periculosiori ac perniciosiori crimine alligatur,
quam alium de minori sibi suspectum, quia fides de maiori crimine magis
debet movere iudicem ad detinendum criminis quam sola suspicio de minori.
Sed iudex potest detinere illum qui de minori crimine et minus periculoso quam
65 sit crimen heresis est sibi suspectus. Ergo multo magis potest detinere papam

40 nitaris] nitaris An We Vc 41 circa... procedas] eas succincte probes Ly 43 allegatas] in
added Ly 46 enim] est Ly | obiciuntur] subiiciuntur Gs 48 sibi] Vc: similiter An Fi Ly sicut Bb
We | et] omitted Ly 50 ipsum] eum We 51 est] omitted We 53 posset] potest Ly | absque]
omitted Bb 54 manifesta] omitted An Fi | detinere] gap Fi | citra] Bb Vc: circa An Fi Ly We
55 sententiam] omitted Ly 58 ingruente] Vc: ingruente We ingerente Bb An Fi de imminente Ly
59 ante] omitted We | causam] sententiam Ly 60 potest] post We 61 et] omitted We
perniciosiori] perniciosiori We 62 alium] illum qui Vc quam illum We | minori] maiori Gs crimine
added We | solum] est added We | sibi] omitted Ly | suspectum] Ly: suspectus Vc suspecto Bb An
Fi We | maiori] magiori We 63 de] crimine added We Vc 64 potest] post We | illum] ipsum We
Vc | periculoso] periculosiori Ly 65 heresis] heresim Bb | sibi] ei Ly | detinere] detineri We

hereticum de quo est sibi facta fides certa extra iudicium quod est hereticus, et quod intendit fideles avertere a fide orthodoxa.

Maiores probatione videtur minime indigere. Minor aperte probatur auctoritate Alexandri tertii qui, ut habetur Extra, *De deposito*, c. 1, mandavit ut furem suspectum iudices vel legati sub questione ad rationem ponerent, etiam, si oporteret, vinculis alligatum, donec reddere compelleretur pecuniam, ubi dicit glossa super verbo ‘questionibus’: “Nota, quod suspecti sunt torquendi, et in vinculis detinendi”. Ex quibus verbis insinuat quod Alexander loquitur in casu in quo fur non fuit convictus sed suspectus tantummodo. Et ita solummodo suspecti possunt etiam in vinculis detineri. 70 75

Item, ex capitulo Karoli imperatoris, ut legitur dis. 19 c. *In memoriam*, sic habetur: “Si vero, quod non decet, quilibet, sive sit presbiter sive diaconus, aliquam perturbationem machinando et nostro ministerio insidiando redarguatur falsam ab apostolica sede detulisse epistolam, vel aliud quod inde non venerit, salva fide et integra erga apostolicum humilitate penes episcopum sit potestas, utrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam, usque quo per epistolam aut per idoneos sue partis legatos apostolicam interpellat sublimitatem, ut potissimum sua sancta legatione dignetur decerneret quid de talibus lex romana statuatur diffinire”. Ex quibus verbis datur intelligi quod ante sententiam, et antequam sit certum aliquem esse falsarium, licite in carcere detinetur. 80 85

Quod glossa super verbo ‘carcerem’ aperte insinuat, dicens: “si certum est eum esse falsarium, deponitur dis. 50 c. *Si episcopus* et Extra, *De crimine falsi*, c. *Ad falsariorum*. Sed ubi est dubium, sit quod hic dicitur”. Et ita in casu

69 Extra... 1] col. 517 (*Gravis illa*) 72 glossa...questionibus] Gloss, s.v. questionibus, col. 1120
76 dis...memoriam] col. 61 87 glossa...carcerem] Gloss, s.v. in carcerem, col. 82 88 dis...
episcopus] col. 179 | Extra...89 falsariorum] cols. 820-1

66 et] omitted Ly 68 probatione...aperte] omitted Ly | probatur] minime indigere added We
69 Alexandri] assertionem We | tertii...furem] omitted Fi 70 vel legati] allegati Fi delegati Vc We
71 ubi] ut Bb 72 questionibus] Gl: questione Ww 73 insinuat] patet Ly | Alexander] asser We
74 fur] omitted Ly 75 etiam] omitted Ly 76 legitur] omitted Ly | memoriam] memoria Fi Ly
77 habetur] hacetur Ly 78 aliquam] omitted We 79 detulisse] detulixe We 80 erga] Fb: apud
Ww | episcopum] Fb: ipsum Ww 81 utrum] ut Ly | in] omitted Bb | usque quo] Fb Bb Ly Vc:
usquoque An Fi We 82 epistolam] episcopum Bb Ly 83 legatione] legatio An Fi We
decerneret] Fb: discernere Bb An Fi Ly Vc detinere We 84 statuatur] Fb We: stat Bb statuit An Fi
Ly Vc 85 licite] licet Vc 86 detinetur] detinere Vc 87 est] omitted Ly 88 esse] omitted Ly
falsarium] Gl: falsarium Ww | deponitur] Gl Ly Vc ponitur Bb deponitur An Fi deponatur We | et]
Gl: omitted Ww | crimine] Gl Ly: crimini Bb An Fi We Vc | falsi] falsarii We 89 sit] fit An | Et...
90 suspecti] in casu qui tantum sunt suspecti Ly

90 solummodo suspecti licite detinentur. Quod etiam Extra, *De rescriptis*, ex literis
innuitur manifeste. Et hoc obtinuit consuetudo iudicum infidelium et iudicum
fidelium ecclesiasticorum et secularium. Ergo multo fortius si papa est
hereticus, et suo iudici facta est fides de eius perfidia, etiam extra iudicium
licebit eidem iudici, precipue si periculum viderit imminere, eundem papam
95 hereticum etiam in vinculis detinere.

Discipulus: Contra hoc due occurrunt instantie. Prima est quod aliter
tractandus est papa, quamvis efficiatur hereticus, quam alii in tanta dignitate
minime constituti. Ergo licet alii criminosi crimine heresis irretiti valeant
100 detineri, tamen papa est nullatenus detinendus. Secunda est quia licet papa
efficiatur hereticus, tamen antequam degradetur et traditus fuerit curie seculari
gaudet privilegio clericali, et per consequens absque excommunicationis vinculo
nullus eum detinere valebit.

105 **Magister:** Iste instantie frivole reputantur. Unde ad primam dicitur quod,
quia papa, si efficiatur hereticus ipso facto tam iure divino quam iure humano
est omni dignitate et auctoritate privatus et nullo gaudet privilegio ultra alios
episcopos effectos hereticos, imo videtur quod, quia si non sit alius papa quando
papa est hereticus, non potest haberi recursus ad papam verum, quando autem
110 papa manente catholico, si alii episcopi efficiantur heretici, potest haberi
recursus ad papam verum, oportet in hoc casu speciale aliquid observare circa
papam hereticum, ut scilicet contra eum strictius et rigidius quam contra
episcopos quando est papa catholicus per inferiores iudices procedatur, quia
tunc non possunt habere recursum ad papam verum. Si vero papa labente in
115 heresim manifeste, electores alium novum papam catholicum eligerent, videtur
eodem modo procedendum per iudices inferiores papa circa papam hereticum et
circa alios episcopos heretica labe respersos, nisi papa hereticus maiori uteretur

90 Extra...rescriptis] The reference is unclear. Perhaps the argument was left uncompleted in the autograph

90 literis] hiis We 91 infidelium] fidelium Ly | et...92 fidelium] Kn: *omitted* Ww 93 perfidia] pertinacia An Fi 94 eundem] *omitted* Ly 95 detinere] detineri Ly 98 tanta...99 constituti] ecclesiastica dignitate constituti Ly 99 alii] aliquando Ly 100 est:] *omitted* We instantia *added* Ly | quia] Bb We Vc: quod An Fi Ly 101 efficiatur] efficitur Ly 107 et:] Ly Vc: *omitted* Bb An Fi We 108 quia] *omitted* Ly Vc 109 verum] *omitted* We Vc 110 catholico] catholicus Bb 111 verum] vero Bb | casu] casu We 115 manifeste] manifestam Ly | eligerent] eligent Bb elegerint Ly | videtur] videretur Fi Vc

potentia temporali. Tunc enim animosius et efficacius esset procedendum contra ipsum, quia ubi maius existat periculum ibi est fortius et plenius consulendum.

Ad secundam instantiam respondetur quod licet papa hereticus non careret 120
omni privilegio clericali, non tamen propter hoc iudex eius vel alius auctoritate
iudicis detinens ipsum sententiam excommunicationis incurreret, quia licet iudici
et aliis auctoritate eius violenter clericos detinere (Extra, *De sententia*
excommunicationis, c. *Ut fame*).

125

Discipulus: Illa decretalis non loquitur nisi de laicis, qui auctoritate
prelatorum possunt capere clericos violenter. Ergo saltem nullus laicus sive sit
rex vel princeps vel alius valet capere papam hereticum absque sententia
excommunicationis.

130

Magister: Respondetur quod hoc generale est quod omnis superior habens
iurisdictionem coactivam potest subditum detinere et capere absque sententia
excommunicationis. Et ideo, quia reputant se sufficienter probare quod in casu
laici habent iurisdictionem coactivam super papam hereticum, de qua probatione
visum est libro sexto, ideo dicunt quod in casu possunt laici etiam absque 135
auctoritate clericorum violenter papam hereticum detinere et in vinculis
custodire. Cum vero dicitur quod decretalis allegata non loquitur nisi de laicis qui
auctoritate superiorum possunt absque excommunicationis sententia clericos
detinere, respondetur quod in illa decretali unus solummodo casus excipitur in
quo licet laicis in clericos manus iniicere violentas, cum quo stat quod multi alii 140
casus excipiuntur. Et ita potest quis laicus in casu in papam hereticum absque
excommunicationis sententia manus iniicere violentas.

Discipulus: Miror quod cum nulla lex loquitur de papa heretico, isti ita
intrepide de punitione pape heretici loqui presumunt, cum ubi leges deficiunt 145
oportet ad conditorem legum recurrere. Aliter enim liceret cuilibet in tali casu

123 Extra... 124 fame] col. 904

118 esset] *omitted* We 120 licet] *omitted* We | hereticus] *omitted* An We | careret] Bb Ly Vc:
caret An Fi We 128 vel] sive Ly 133 Et] *omitted* An Fi 134 habent] haberent Fi
138 excommunicationis] *omitted* An 141 excipiuntur] excipiantur Ly | quis] aliquis Ly
142 sententia] causa vel sententia Ly *omitted* An 144 cum] illud An Fi | ita intrepide] Bb Vc: ita
trepide We ita turpiter Ly intrepide An Fi 145 ubi] *omitted* We 146 liceret] licet An Fi | tali]
omitted We

ubi leges deficiunt ad sensum suum recurrere, et proprie inniti prudentie, contra illud Proverb. 3: “ne inniteris prudentie tue”.

150 **Magister:** Respondent quod ubi aliquid est necessario agendum, si leges positive deficiunt quia in tali casu generali et singulari nulla lex specialis est edita, nec potest convenienter absque periculo haberi recursus ad conditorem legum in scripturis divinis, ratione et industria naturali ac rationali scientia precellentem, recurrendum est ad peritos in predictis et in legibus, si possunt
155 haberi. Si autem iudex est in omnibus supradictis sufficienter instructus, ipse suo sensu uti potest in casu tali. Et ideo quia de papa heretico leges non sunt condite speciales, ubi papa esset hereticus et ex eius perfidia periculum fidei immineret, et non esset papa catholicus ad quem posset convenienter haberi recursus, alii iudices inferiores, scripturis divinis et iuri naturali innitendo,
160 ipsum deberent debite corrigere.

Discipulus: Secundum ista magis esset innitendum in casu isto theologis et in philosophia et scientia morali peritis quam iuristis.

165 **Magister:** Hoc nonnulli concedunt, dicentes, sicut tactum est prius, quod ubicunque emergit dubitatio inter iuristas que per aliquam legem expressam solvi non potest, ad theologos et philosophos est ultimo recurrendum, ad quos spectat, si fuerint precellentes, licet nullum gradum honoris in theologia et philosophia habuerint, de legibus quibuscunque profundius et certius, licet non
170 semper promptius, iudicare, non ad iuristas, nisi iuriste in aliis scientiis fuerint excellentes.

Capitulum 14

148 Proverb 3] Proverbs 3:5

150 Respondent] respondetur Ly 151 positive] potissime Ly | casu] cās Bb | generali] speciali We Vc 153 rationali] rationabili Ly 155 in] *omitted* Ly | supradictis] predictis Ly scripturis We sufficienter] *omitted* Ly subficienter We 156 potest] poterit We Vc 157 condite] edite Ly | ubi] We Vc: quando Ly ut Bb An Fi | ex] *omitted* We | fidei] *omitted* Ly 159 scripturis] scriptis Ly et] *omitted* Bb An Fi 160 deberent] debent Ly We Vc | corrigere] coercere We 162 esset] *omitted* An We | et] in We Vc 163 in] Ly: *omitted* Ww | morali peritis] morali peritos We 165 dicentes] We Vc: di Bb .di. Fi *gap* An *omitted* Ly 167 philosophos] *omitted* We 168 honoris] *omitted* Ly 170 non] Kn: quam Ww

Discipulus: De hoc disputatum est libro primo. Ideo te convertas ad secundam conclusionem in principio capituli precedentis propositam.

5

Magister: Secunda conclusio ibi proposita est hec. Loquendo de credulitate extra iudicium secundum quod unus socius credit alteri, nullus tenetur credere uni soli cuiuscunque fame aut opinionis existat narranti papam esse hereticum. Hoc videtur sic posse probari. Nullus tenetur credere alium esse malum antequam probetur. Ergo nullus tenetur credere papam esse hereticum antequam probetur esse hereticum. Sed relatio unius nichil probat. Ergo propter relationem unius nullus tenetur credere papam esse hereticum.

10

Discipulus: Istam conclusionem nolo discuti amplius, quia satis apparet michi certa. Ideo tertiam conclusionem probare nitaris.

15

Magister: Tertia conclusio est quod uni soli bone fame et opinionis asserenti papam esse hereticum potest quis credere absque peccato, licet sibi minime credere teneatur. Que videtur sic posse probari. Si duo equalis fame et opinionis sibi contrariantur circa idem, licet alio credere cui vult illorum. Sed possibile est quod apud eundem papa et aliquis alius eiusdem fame et opinionis quo ad veritatem et bonitatem vite existunt. Ergo si unus se gerit pro papa catholico et alius dicit eum esse hereticum, licet alio apud quem equalis fame et opinionis existunt credere cui illorum voluerit, et ita licet sibi credere asserenti papam esse hereticum.

20

25

Item, frustra alicuius peccatum alteri revelatur nisi liceat illi cui revelatur credere revelanti. Sed peccatum alicuius, etiam occultum, licite in secreto alteri qui potest prodesse et non obesse revelatur, imo nonnunquam revelari debet. Ergo licet illi cui revelatur credere revelanti, et per consequens si aliquis etiam in secreto revelat alio perfidiam pape heretici, licet credere revelanti.

30

14,4 secundam] *omitted* Ly **6** ibi] *omitted* Bb | ibi proposita] in proposito Ly **9** probari] et *added* We | esse] est Vc **10** antequam]... 12 hereticum] *omitted* Bb **12** nullus] non Vc **20** alio] Kn: alii Bb An Fi Vc alii We alicui Ly | vult] volunt We **21** eiusdem] *omitted* We **22** vite] vita We existunt] nitar~ (*garbled*) An existant We Vc **23** alio] Kn: alii Bb An Fi We Vc ei Ly **26** illi] *omitted* An Ly **28** revelari] We: revelare Ww **29** illi] *omitted* Ly **30** in] *omitted* Fi | revelat] revelet Ly | alio] Kn: alii Ww

Discipulus: Hec ratio in uno falso fundari videtur, quod videlicet licet alicui revelare peccatum alterius occultum. Quod tamen esse illicitum multis modis videtur posse probari. Primo quidem, quia prodicionem facere nulli est licitum.

35 Sed revelare crimen occultum est prodicionem facere, teste Augustino qui, ut legitur 2 q. 1 c. *Si peccaverit*, ait: “quia enim secretum fuit, quando peccavit in te, secretum quere, cum corrigis quod peccavit. Nam si solus nosti quia peccavit in te, et eum vis coram omnibus arguere, non eris corrector sed proditor.” Ergo nulli licet peccatum occultum alicuius alteri revelare, quia sicut contingit
40 prodere aliquem multis, ita contingit prodere aliquem uni soli. Si igitur ille est proditor peccati occulti qui multis revelat, ita etiam est proditor qui uni soli revelat.

Item, quod fidelitati repugnat nulli est licitum. Sed revelare peccatum alicuius occultum fidelitati repugnat, teste Salomone qui Prov. 11 ait: “qui
45 ambulat fraudulenter, revelat archana: qui autem fidelis est animi, celat amici commissum”. Ergo nulli licet peccatum proximi alteri revelare.

Item, non solum est detractor qui falsum dicit, sed etiam qui peccatum revelat occultum. Sed nulli licet verba detractoria loqui. Ergo nulli licet crimen occultum alicuius alteri revelare. Ex quo patenter infertur quod nulli licet
50 perfidiam pape heretici alteri revelare, si est occulta. Quia si quis perfidiam pape heretici occultam alteri revelare presumit, peccat mortaliter. Et ille cui revelat secreta debet ipsum reputare peccare mortaliter. Quare ipsum pro criminoso in corde suo debet habere, et per consequens ipsi credere nullatenus debet, quia criminoso nunquam est credendum.

55 Hec sunt que movent me ad tenendum quod nullus debet credere asserenti secreta papam esse hereticum. Porro quia non solum assertiones veras sed etiam falsas debemus audire, per ipsas enim nostra excitantur ingenia, iuxta sententiam Sapientis, ideo pro assertione contraria satage allegare.

14,36 2...peccaverit] col. 447 44 Prov 11] Proverbs 11:13 56 Porro...58 allegare] Possibly composed prior to *Prologus* 1 Dial. 57 iuxta...58 Sapientis] Cf. Aristotle, *Topica*, VIII, 14

32 ratio] responsio An Fi | alicui] alicuius An Fi 36 quia] quod Vc 37 quere] Fb: quare Bb An Fi We Vc quoque sit Ly | cum] quando tu Ly | quod] quia Ly | peccavit] in te added Ww 38 et] omitted Ly | corrector] erroris added We Vc 39 nulli] non Ly | alicuius] alicui added Bb An 40 contingit] convenit Ly 41 etiam] omitted Ly Vc 44 alicuius] alicuis We | 11] Vulg Bb Vc: 2 An Fi We Ly 45 animi] Vulg: omitted Ww 46 nulli] non Ly 48 nulli:] non Ly 49 alicuius] alicuis We | alteri] alterius Ly 50 Quia] quare Fi We 51 alteri] omitted Ly 52 secreta] Bb: secreto Ww 57 debemus] debeam Ly | excitantur] exercitantur Fi

Magister: Sunt quidam dicentes quod licet non debeat quis passim crimen alicuius occultum alteri revelare, tamen in casu, quando quis per certitudinem (non solummodo per famam) scit aliquem crimen aliquod comisisse vel etiam velle committere, licet sibi non omnibus sed alicui revelare secreta. Et ideo, si papa perfidia heresis est respersus et intendit christianos a fide avertere orthodoxa, licet unus solus sciret, sibi liceret alicui principi aut regi vel alteri, qui posset prodesse et non obesse, crimen et intentionem pape malivolam revelare. 60 65

Quod enim liceret crimen alicuius occultum alteri revelare Augustinus videtur asserere, qui in regula sua docet quod peccatum fratris “prius preposito debet ostendi” quam testibus. Ergo licet alicui crimen fratris occultum preposito revelare. 70

Item, vir christianus Christum debet in suis operibus imitari. Sed Christus crimen et intentionem perversam Iude occultum non solum uni sed etiam pluribus revelavit, cum dixit de ipso Marci 14: “unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in cathino” ‘tradet’ (supple ‘me’). Et Ioh. 13 sic legitur Christus dixisse Apostolis: “Amen, amen dico vobis quia unus ex vobis tradet me”. Et sequitur: “ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iude Simonis Scariote”. Ergo licet peccatum alicuius occultum aliis revelare. 75 80

Discipulus: Per istam rationem probaretur quod liceret non uni soli sed etiam omnibus revelare peccatum alicuius occultum, quia Christus non uni soli sed omnibus aliis apostolis peccatum Iude revelavit.

69 in...docet] Augustine, *Regula ad servos Dei*, par. 7 (*de fraterna correctione*), PL, t. 32, col. 1381 74 Marci 14] Mark 14:20. Cf. also Matthew 26:23 75 Ioh 13] John 13:21 77 Et sequitur] John 13:26

61 certitudinem] c'ctai^{nem} (*garbled*) We 62 solummodo] solum Bb | aliquem] Bb Ly Vc: ad An Fi aliquod We | aliquod] aut We 64 christianos] e[nos Bb 65 solus] solet Gs 66 malivolam] malivolam We 68 liceret] licet Ly liceat We Vc 69 qui] omitted An | sua] omitted We 70 alicui] alteri Ly 72 vir] Bb We Vc: veritabiliter An Fi verus Ly 73 etiam] cñ (*garbled*) Bb 74 pluribus] universalibus Fi | Marci] Ly: Mathei Ww | intingit] intangit We 75 tradet...me] omitted Vulg me tradet Ly | 13] 12 Ly 76 quia] Vulg Bb We Vc: quod An Fi Ly 77 sequitur] post added Fi We Vc primus added Bb An Vc | est] autem We | ego] Vulg: omitted Ww intinctum] instinctum An | cum] tamen An Ly 78 intinxisset] Bb We Vc intinxit Ly intinxit sed An Fi | panem] et added Ly | Scariote] Vulg: Scariotis Ww | alicuius] alterius Ly licuius We 81 quod] omitted Bb 82 soli] solum Ly

85 **Magister:** Respondent quod peccatum alicuius occultum non solum uni sed
 etiam multis revelare licet, quia omnibus illis qui possunt prodesse et non
 obesse. Hinc est quod quia omnes apostoli preter Iudam erant tales quod
 poterant prodesse et non obesse, ideo omnibus Christus revelavit peccatum Iude.
 Et hanc rationem videtur innuere glossa 2 q. 1 c. *Si peccaverit*, que, super verbo
 90 ‘proditor’ obiiciens, ait: “sed nonne Dominus prodidit crimen Iude cum dixit
 ‘qui intingit manum mecum etc.’” Et post, respondens, ait: “respondetur illi
 quibus dicebatur poterant tantum prodesse”.

Ex quibus verbis colligitur quod illis licet revelare crimen alicuius occultum
 qui possunt prodesse, et ideo si multi sunt qui prodesse possunt, multis crimen
 95 occultum licite revelatur. Sed quia nunquam invenitur quod omnes possent
 prodesse et non obesse, imo multi obessent, ideo omnibus nunquam debet
 revelari crimen occultum quod probari non potest. Quare cum magna cautela est
 crimen cuiuscunque occultum alteri revelandum, quia nulli criminoso
 quantumcunque sit prelati, nulli de quo sciens peccatum occultum suspicatur
 100 quod non sit constans in amore ad omnem proximum, amicum et inimicum, est
 pandendum peccatum occultum alterius, quia de omni tali dubitandum est an
 velit tantum prodesse et non obesse.

Discipulus: Ergo secundum ista subditus non tenetur revelare peccatum
 105 occultum fratris prelo suo etiam in secreto.

Magister: Conceditur, quando sciens peccatum occultum alterius cognoscit
 prelatum suum aliquando peccasse mortaliter etiam in secreto, vel etiam dubitat
 eum velle etiam pro morte vitanda peccare mortaliter. Si autem subditus in
 110 conscientia sua reputat prelatum suum esse talem quod nec pro aliquo temporali
 commodo consequendo, nec pro morte corporali vitanda vellet peccare

89 glossa...peccaverit] Gloss, s.v. sed proditor, col. 628 91 post...ait] *ibid.*

85 Respondent] respondetur Ly 88 poterant] poterunt An | obesse] et added We | ideo] eis added
 We Vc | Christus] omitted Ly | Iude] iuste Fi 89 Et] omitted Ly | rationem] responsionem We
 90 proditor] Bb Fi Vc: proditi We proditos An promptior Ly | nonne] nunquid Ly | Dominus]
 omitted Bb 91 intingit] intinxit An | illi...92 prodesse] Gloss: tantum poterant prodesse Ww
 (prodesse omitted Fi) 93 illis] illi We 95 nunquam] nonnunquam Gs | possent] We Vc: possint
 Bb An Fi possunt Ly 98 cuiuscunque] alicuius Ly 104 subditus] We Vc: discipulus Bb An Fi Ly
 105 fratris] omitted Ly | etiam] omitted Ly 107 Magister...108 secreto] omitted An Fi
 Conceditur] quod added Vc 108 mortaliter] et added An Fi Ly | etiam] omitted Fi 109 velle]
 nolle Ly

mortaliter, crimen occultum fratris posset prelato eidem revelare secreta. Et
 omni alio quem talem putat, si non decipitur, potest crimen occultum revelare,
 quia talis est ille qui potest prodesse et non obesse. Si autem alicui alteri aliter
 crimen revelat occultum, proditor et detractor est censendus, nec debet de
 peccato mortali aliquo aliter excusari, nisi probabiliter credat quod revelando
 bono communi aut peccanti proficiat. 115

Capitulum 15

Discipulus: Puto quod ista materia multas habet difficultates annexas que
 succincte dillucidari non possunt. Ideo ipsam usque ad tractatum De gestis circa
 fidem altercantium orthodoxam (in quo de detractoribus, impositoribus falsorum
 criminum, calumpniatoribus, et proximorum diffamatoribus in particulari
 sollicite indagabo) censeo differendam. Nunc vero ad quartam conclusionem
 assertionis in capitulo 13^o recitate accede. 5

Magister: Quarta conclusio ibi proposita est quod pluribus honestis et
 discretis referentibus per scientiam certam papam esse hereticum tenetur aliquis
 credere extra iudicium. Que videtur sic posse probari. In actibus humanis illud
 quod maiorem probabilitatem habet magis est credendum. Sed maiorem
 probabilitatem habet quod dictum multorum sit verum quam dictum unius. Cum
 ergo papa sit unus, licet ipse negaret se esse hereticum, si multi assererent ipsum
 esse hereticum magis credendum esset multis quam pape heretico, et ita
 credendum esset papam esse hereticum. 10 15

Discipulus: Ista ratio nichil probat, quia nonnunquam plus credendum est
 uni quam multis. 20

112 mortaliter] tunc added Ly | fratris] non added Gs | posset] potest We Vc | eidem] suo Ly
 eundem We 113 alio] Kn: alii Ww | crimen] peccatum Ly 114 alteri aliter] Bb: alteri est An
 omitted aliter Ly a^r est Fi omitted alteri We Vc 115 et detractor] omitted Bb 116 mortali]
 mortaliter Gs | aliquo aliter] aliter Ly 117 peccanti] peccatori Ly 15,3 que succincte] omitted An
 Fi 6 calumpniatoribus] We Vc: calumpniantibus Bb An Fi Ly | proximorum] diffamantibus seu
 added Ly 7 censeo] sentio Ly | censeo...8 assertionis] omitted Fi 10 proposita] posita Ly
 11 aliquis] quis We Vc 12 Que] Bb Fi Vc: qui We quod An Ly | illud] id Vc 14 dictum] est
 added An Fi We | quam] quod added Ly 15 sit] omitted Bb 19 nichil] Ly: non Bb Fi We Vc ñ
 An 20 uni] ubi Fi

Magister: Hoc, si esset verum, rationem prefatam minime impediret. Nam si plus creditur uni quam pluribus hoc non est precise propter maiorem dignitatem, quia quilibet in dignitate constitutus plurimum testimonio potest convinci, quod non esset verum si, ex hoc ipso quod aliquis est in maiori dignitate constitutus, plus esset sibi soli credendum quam aliis multis. Ergo si est plus credendum uni quam multis hoc est quia meliorem rationem habet pro se, vel quia melioris vite, vel quia de causa est magis instructus, vel propter aliquam rationem consimilem. Si ergo papa non est melioris vite quam multi qui dicunt eum esse hereticum, nec magis literatus in scripturis divinis, nec in aliquo alio alios excellit nisi in sola dignitate papali et annexis dignitati, non est magis sibi credendum quam multis. Ergo si multi asserunt quod papa est hereticus est eis credendum.

Item, non minus est credendum aliquibus extra iudicium quam in iudicio. Sed multis in iudicio asserentibus papam esse hereticum esset credendum. Aliter enim nunquam papa posset convinci de heretica pravitate. Ergo multis asserentibus extra iudicium papam esse hereticum est credendum.

Discipulus: Ista ratio videtur peccare dupliciter. Primo, quia testes in iudicio sunt iurati, extra vero iudicium non iurant. Magis autem credendum est iuratis quam non iuratis. Ergo magis est credendum multis in iudicio quam extra iudicium. Secundo, quia ad condemnandum papam non sufficeret duos testes adducere, cum presul non debeat dampnari nisi cum 72 testibus (2 q. 5 c. *Presul*). Ergo nec duobus asserentibus extra iudicium papam esse hereticum est credendum.

45

Magister: Non habes mentem asserentium conclusionem suprascriptam. Non enim intendunt quod, quilibet audiens aliquos asserentes papam esse hereticum, statim fides eis debeat adhiberi, sed volunt quod huiusmodi asserentes papam esse hereticum, antequam credatur eis, sunt cum maxima diligentia examinandi, utrum scilicet sint parati iurare illa que asserunt de papa

50

15,42 2...43 Presul] col. 466 47 Non...67 iuramentum] Text apparently left in unpolished form.

23 creditur] credetur Ly crederetur We | precise] precipue Ly 25 non] omitted We 30 alio] omitted We | alios] omitted Ly 35 enim] esset added Fi An (ess- cancelled An²) | papa] papam We 40 quam...iuratis] omitted Bb 41 iudicium] et added We | papam] hereticum added We 42 debeat] omitted We | dampnari] condemnari Ly | cum] omitted Vc 47 aliquos] alios An We Vc 48 fides] fidem Ly Vc fid'e We | adhiberi] adhibere Vc 49 cum] etiam Fi

esse vera, vel utrum possent ea apertis ostendere documentis, pro qua heresi dicunt papam esse hereticum, quomodo sciunt papam huiusmodi heresim affirmare, quomodo sciunt eum esse in sua heresi pertinacem. Et tandem videtur expediens quod talibus asserentibus papam esse hereticum, antequam credatur eis, examinentur et exigantur iuramentum quod circa ipsum papam hereticum meram dicunt veritatem, ut forte non minus tales asserentes papam esse hereticum antequam credatur eis examinentur extra iudicium quam essent examinandi in iudicio, quamvis ad iurandum et alia facienda non debeant compelli extra iudicium sicut in iudicio compelli valerent. Quibus rite factis credendum est eis extra iudicium sicut in iudicio crederetur, licet credulitas in iudicio aliquem alium effectum possit et debeat habere quam credulitas sola extra iudicium. Hec maxime servanda sunt circa extraneos et ignotos, circa quos etiam est sollicite inquirendum cuius vite et opinionis extiterint, an etiam pro aliqua alia causa quam pro causa fidei habuerint occasionem male volendi pape. Per hoc respondetur ad primam instantiam quam fecisti, quia ab asserentibus extra iudicium papam esse hereticum videtur ad maiorem cautelam debere exigere iuramentum.

Ad secundam videtur respondere glossa super preallegatum capitulum *Presul*, que querens ibidem: “nunquid contra papam duplicabuntur testes” respondet dicens: “non, imo duo sufficiunt et in hoc deterioris conditionis, quia ipse sine comparatione aliorum creatus est maior et ideo sine spe venie condemnandus est ut diabolus”. Dicunt tamen quod si duo testes soli apparerent papam de heretica pravitate accusantes, examinandi essent multum stricte, propter hoc quod papa, qui est positus quasi signum ad sagittam, habet multos offendere. Et sic etiam dicunt quod si quis audit duos viros sibi notos, bonos, sanctos et veraces, qui nec amore nec odio alicuius, nec timore nec

68 glossa...69 Presul] Gloss, s.v. presul, col. 653

51 possent] possunt Ly possint Vc 53 quomodo] quem Fi | tandem] tâd'e An 54 quod] a added We Vc | antequam...55 et] omitted We Vc 55 examinentur] extra iudicium added Ly | exigantur] Bb Fi: exigant An Ly We Vc | hereticum] plenam et added We Vc 56 meram dicunt] manifestam dicant Ly | veritatem] ita added We Vc 60 sicut] eis added We | crederetur] creditur Ly 62 et] omitted Ly 63 etiam] omitted Ly | extiterint] Bb (corrected) We Vc: existerint Bb An Fi extiterunt Ly 64 aliqua] omitted Ly 66 exigi] debitum added Fi 69 contra] supra An Fi duplicabuntur] duplicantur Ly multiplicabuntur Vc | testes] et infra added Ly 70 respondet] We Vc: respondetur Bb An Fi Ly □ added garble An Fi | hoc] est added Ww (We: est deterioris) 71 sine] omitted Bb | creatus] creata Fi | maior] Gloss: omitted Ww 72 condemnandus] Gloss: dampnandus Bb An Fi Ly We damnatus Vc | soli] tantum Ly 73 apparerent] apparent Gs We Vc 74 quod papa] omitted An 75 offendere] effendere Fi | Et] omitted Vc | notos] quos probavit added We Vc 76 sanctos] socōs Bb

cupiditate vellent alicui crimen imponere, asserentes se scire papam heresim manifestam et determinatam pertinaciter tenuisse, declarantes modum heresis et pertinacie, debet credere eis et reputare papam hereticum.

80

Discipulus: Quare dicunt isti quod asserentes papam esse hereticum examinandi sunt utrum ea que dicunt de papa possint apertis ostendere documentis.

85 **Magister:** Hoc dicunt propter hoc quod asserunt dupliciter posse aliquos perfidiam pape heretici declarare. Uno modo per testimonium proprium, si videlicet affirmant se audivisse papam asserentem pertinaciter heresim determinatam et apertam, vel etiam docentem heresim contrariam veritati catholice quam credere tenetur explicite. Puta, si dicunt se audivisse papam
90 asserere quod fides christiana est falsa, vel quod Christus non est verus Deus, vel quod non fuit passus, aut aliquid huiusmodi, vel etiam si affirmant se audivisse papam pertinaciter asserere vel defendere quamcunque heresim scripture sacre adversantem.

Aliter possunt aliqui perfidiam pape heretici declarare non per testimonium
95 proprium sed per legitima documenta. Puta, si ostenderent bullam pape in qua diffiniretur heresis manifesta, vel si ostenderent copiam talis bulle per regiones fidelium publicatam, vel etiam si ostenderent instrumentum vel scripturam auctenticam modum quo fuit papa convictus de pravitate heretica continentem.

100 **Discipulus:** Si habes alias rationes ad conclusionem predictam, adducas.

Magister: Tertia ratio est hec. Ad illa que innocentie sunt quilibet obligatur. Sed credere viris bone fame et opinionis cum aliqua asserunt et affirmant ad

77 crimen] falsum *added* We | asserentes] asserente Bb | heresim manifestam] heresis manifesta We 79 papam] esse *added* Ly 82 utrum] an Ly | possint] possunt An Ly | apertis] Kn (as *supra* in text): aperte Ww | ostendere] astendere An 85 aliquos] alios An Fi 87 audivisse] audisse Ly audissent We 89 audivisse] audisse We 91 quod] Christus *added* Ly | affirmant] asserunt Fi 92 audivisse] audisse Ly | vel] *omitted* Bb | quamcunque] quantumcunque Ly 93 sacre] sancte Ly divine Vc 94 non] *omitted* Ly 96 diffiniretur] diffiniretur We | manifesta] manifeste Ly mac'ulata We | copiam... 97 ostenderent] *omitted* An | talis] *omitted* Ly 97 vel:] *omitted* Bb Ly 98 quo fuit] *omitted* We | fuit] fuerit Ly f' An | heretica] hereticam Bb 102 Magister] Adhuc *added* Ly 103 Sed] *omitted* We | asserunt] assererunt We | affirmant] que *added* Bb An Fi

innocentiam spectat, teste Ambrosio qui, ut habetur 22 q. 4 c. *Innocens*, ait: 105
 “‘Innocens credit omni verbo’. Non vituperanda facilitas, sed laudanda bonitas”.
 Cum ergo viri boni et veraces asserunt et affirmant modo predicto papam esse
 hereticum, eis audiens fidem adhibere tenetur.

Quarta ratio est hec. Illud non est obmittendum sine quo societas humana et
 conversatio mutua hominum rite non poterit conservari. Sed nisi unus alteri 110
 credat, nec humana societas nec mutua conversatio hominum rite poterit
 conservari. Ergo unus tenetur alteri credere, nisi sit aliquo crimine irretitus
 propter quod de falsitate debeat haberi suspectus. Cui autem credendum est in
 uno, et in omnibus, quia si aliquibus in uno credendum est hoc non est nisi quia
 presumuntur veraces. Si enim non presumerentur veraces non esset eis
 credendum. Qui autem presumitur verax, in omnibus dictis suis presumitur 115
 verax, quia si in uno esset mendax non presumeretur verax. Ergo veracibus
 asserentibus papam esse hereticum est credendum.

Discipulus: Per istam rationem probaretur quod uni soli asserenti modo
 preexposito papam esse hereticum esset credendum, quia presumitur verax, ergo 120
 in omnibus est sibi credendum.

Magister: Respondetur quod secus est de uno et pluribus, quia plus est
 credendum pluribus quam uni, et ideo propter assertionem multorum potest quis 125
 licite credere malum de alio quem plures asserunt esse malum. Sed quando unus
 refert malum de alio, propter talem relationem non est magis presumendum
 illum de quo malum narratur esse malum quam illum esse veracem qui narrat, et
 ideo nullus tenetur credere uni soli referenti papam esse hereticum.

104 22...Innocens] col. 881

104 spectat] spectant Bb An Fi 105 vituperanda] Fb We Vc: vituperando Bb An Fi Ly 106 et] omitted Fi 108 obmittendum] ommittendu Ly 109 rite...conservari] conservari non potest Vc poterit] posset Ly 110 rite] ide We | poterit] pōt Ly 111 alteri] omitted An 114 presumuntur] presumitur Ly | Si...veraces] omitted An | non] omitted We 115 presumitur] omitted An Fi 116 quia...verax] omitted Ly 119 uni] ubi Fi 120 ergo... 121 credendum] omitted We 123 et] de added Ly | quia... 124 pluribus] omitted An 126 refert] profert Ly | alio] aliquo Ly 127 illum] de illo Ly | narratur] eum added Ly

130 **Discipulus:** Non adducas plures rationes pro ista conclusione, sed dic quem effectum debet habere ista credulitas.

135 **Magister:** Respondetur distinguendo, quia aut ista credulitas sit iudicis pape heretici, aut alii qui non est iudex eius. Si sit iudicis pape heretici et illi qui faciunt talem credulitatem iudici sunt parati in iudicio eadem asserere, iudex ad condempnationem pape heretici debet procedere. Si autem ista credulitas sit alii quam iudicis, et sit talis credulitas quod papa potest convinci legitime, illi qui taliter credunt papam esse hereticum ipsum tanquam excommunicatum vitare tenentur, et ideo ei debent nullatenus obedire, sed pro defensione fidei quantum
140 possunt, modis sibi convenientibus, laborare tenentur ne, videlicet, papa hereticus inficere valeat orthodoxos.

Capitulum 16

Discipulus: Conclusionem quintam supra capitulo 13 premissam discutias.

5 **Magister:** Quinta conclusio est hec. Viris providis et honestis referentibus per famam publicam papam esse hereticum est credendum. Que sic probatur. Illis est credendum papam esse hereticum propter quorum relationem papa tanquam hereticus est vitandus. Sed propter relationem talem papa tanquam hereticus est vitandus (Extra, *De sententia excommunicationis*, c. *Cum desideres*). Papa autem hereticus est excommunicatus, ergo propter solam famam publicam est vitandus, et per consequens narrantibus papam esse hereticum per publicam famam est credendum.

16,9 Extra... 10 desideres] col. 894

130 rationes] omitted An Fi | conclusione] assertione seu conclusione Ly 133 iudicis] Kn: iudici Ww 134 iudicis] Kn: iudici Ww | illi] omitted Ly 136 heretici] et added Bb 137 iudicis] Kn: iudici Ww 138 credunt] omitted We 139 fidei] in added An Fi Ly 140 convenientibus] congruentibus We Vc 16,3 capitulo 13] c^m 13^m Fi 5 Viris] omitted An 6 publicam] honestam Ly 8 vitandus] iudicandus Vc | Sed... 9 vitandus] omitted Ly | propter] omitted We 9 vitandus] iudicandus Vc quia solum propter publicam (sic) famam excommunicatus est vitandus added We quia propter solam publicam famam excommunicatus est vitandus added Vc 10 solam... 11 publicam] sola fama publica We 11 narrantibus] videtur quod referentibus Ly

Discipulus: De hoc tactum est supra libro sexto, capitulo 94, ubi recitasti virtualiter opinionem eandem, que videtur omnino falsa. Nam cum constet quod sepe publica fama est falsa et sepe ita diffamantur de crimine innocentes sicut nocentes, nullo modo videtur quod propter relationem publice fame debeat papa hereticus censi. Quia ita potest diffamari papa catholicus sicut hereticus. 15

Magister: Licet argumentum tuum non videatur habere colorem, tamen conclusio supradicta clarius quam prius ab aliquibus explicatur. 20

Discipulus: Dic primo quomodo argumentum meum non videatur habere colorem. 25

Magister: Dicitur quod non obstante quod ita diffamantur innocentes sicut rei, est aliquis propter famam publicam evitandus, quemadmodum non obstante quod ita convincuntur sepe innocentes per testes qui veraces creduntur sicut rei, et tamen postquam aliquis convictus fuerit et dampnatus, sive innocens fuerit sive reus, sententia est servanda, et si est sententia que sequestrationem a fidelium cetu includat, est vitandus. 30

Discipulus: De hac responsione in alio tractatu faciam mentionem, ideo dic quomodo predicta conclusio explicatur. 35

Magister: Distinguitur de referentibus per famam publicam papam esse hereticum, quia aut narrant famam publicam quam sciunt a quibus orta fuit etc. aut quam nesciunt a quibus orta fuit, nec an alicui persone possunt veritatem fame probare. In primo casu videtur quod propter talem narrationem sit papa hereticus ab audientibus evitandus. In secundo casu non videtur quod debeat evitari. 40

14 94] Kn: 98 Bb An Fi We Vc 68 Ly 15 omnino] michi Ly | falsa] esse *added* We | cum constet] quia constat Ly 16 sicut] sic We 17 propter] papa We 18 censi] evitari We Vc 26 diffamantur] diffamentur Ly We 27 rei] nocentes Ly | est] tamen *added* Ly 28 convincuntur] convincantur We 29 et] *omitted* Ly | postquam] priusquam Ly | fuerit] fuit An Fi Ly | fuerit] fuit An Ly 36 referentibus] ferentibus We 37 publicam] aut *added* Bb | quam] papam *added* An sciunt] ortam a personis que in iudicio possunt et sunt parati probare papam esse hereticum, aut narrant famam publicam *added* We Vc | a...38 aut] *omitted* We Vc 38 quam] ne *added* Bb | fuit] fuerit We | an] Bb Ly Vc: alii An Fi alie *added* Ly *omitted* We 39 probare] prestare We

Capitulum 17

Discipulus: Illa conclusione dimissa, de qua alias te diligenter interrogare propono, dissere conclusionem sextam supra capitulo 13^o recitatam.

5

Magister: Conclusio sexta est quod quibuscunque criminosis adducentibus legitima documenta vel indicia manifesta quod papa est hereticus est credendum, non quod propter assertionem criminorum, sed propter ipsa documenta legitima et indicia manifesta credatur papa esse hereticus.

10

Discipulus: Que sunt ista documenta legitima et indicia manifesta propter que credendum est papam esse hereticum.

Magister: De hoc tactum est supra capitulo 15, ubi dictum est quomodo possunt aliqui perfidiam pape heretici declarare per legitima documenta.

15

Discipulus: Si illis aliquid est addendum secundum taliter opinantes non differas explanare.

Magister: Inter legitima documenta et indicia manifesta distinguunt. Nam ‘legitima documenta’ vocant scripturas perfidiam pape heretici absque pallio declarantes, ‘indicia manifesta’ vocant suspiciones seu presumptiones probabiles perfidiam pape heretici comprobantes.

20

Discipulus: Pone exempla ex predictis.

25

17,3 interrogare propono] interrogabo seu interrogare intendo Ly 4 dissere] dissereris An Fi 8 non] quidem added Ly We Vc 9 credatur...hereticus] propter que credendum est papam esse hereticum We | hereticus] hereticum Vc 11 propter...12 hereticum] credatur papam esse hereticum propter hoc We 21 vocant] vacant We 22 declarantes] comprobantes Ly | vocant suspiciones] vacant subspiciones We 23 probabiles] probabiliter Ly 25 exempla] exemplum We | ex] de Ly We

Magister: De legitimis documentis supra capitulo 15 posita sunt exempla. Quorum primum est de bulla pape heretici, in qua aliquis error contra doctrinam ecclesie affirmatur. Secundum est de copia bulle eius. Tertium est de aliquo instrumento vel scriptura auctentica modum quo fuit papa hereticus convictus de heresi continente. Et quartum potest poni de scriptura auctentica alicuius prelati vel principis transsumptum bulle vel illius particule in qua error hereticalis asseritur continente. 30

Discipulus: Antequam exemplifices de indiciis manifestis, peto ut tractes duo exempla prima de legitimis documentis, et primo primum. 35

Magister: Quod propter talem bullam pape heresim asserentem sit credendum papam esse hereticum sic videtur posse probari. Si non esset credendum papam esse hereticum propter huiusmodi bullam, aut hoc esset quia papa posset sub bulla heresim asserere absque heretica pravitate, aut quia tali bulle fides est minime adhibenda. Non propter primum, quia supra libro quarto videtur probatum aperte quod papa sub bulla asserens heresim est pertinax, et per consequens hereticus reputandus, quia non est paratus corrigi et ultimata deliberatione heresim diffinivit. Nec propter secundum, quia bulle papali fides debet adhiberi. 40 45

Discipulus: Videtur quod isti sibiipsis sint contrarii. Nam isti assentire videntur quod pape heretico in nullo negotio est credendum. Ergo nec bulle sue fides debet aliquialiter adhiberi, et ita propter bullam suam minime est hereticus reputandus. 50

29 eius] huius We | Tertium est] tertia We 31 quartum] An Fi Vc: quartus Bb Ly We | poni de] esse vel Ly 33 continente] continens Ly 35 tractes] omitted An Fi 38 pape] heretici added We asserentem] asserente Bb 39 Si] quia quod Ly 40 bullam] ballam We | esset] est Ly 41 heresim] heresi An | absque] asque We | tali] taliter Ly 42 est] omitted Ly We | minime] esset added Ly | quarto] omitted An 43 videtur] vides Ly 45 diffinivit] diffinit Ly 48 sint] sunt We isti assentire] asserere Ly | assentire] sentire We Vc 50 ita] papa added Ly

Magister: Dicunt quod ipsos nequaquam intelligis. Cui enim dicunt quod pape heretico in nullo negotio est credendum, verum est pro se et precipue
 55 contra alium. Tamen pape heretico, sicut cuilibet criminoso, credendum est
 contra se. Unde, si criminosus confiteatur crimen suum, creditur sibi quia aliter
 propter confessionem propriam minime dampnaretur. Si tamen criminosus
 confiteatur vel asserat crimen alterius, sibi nullatenus est credendum. Et sic
 dicunt quod bulle sive diffinitioni hereticali pape heretici bene est credendum
 60 contra papam, ut propter eam hereticus iudicetur, sed bulle huiusmodi in aliis
 minime est credendum. Si enim in eadem bulla vel alia pape heretici aliquid
 asseretur contra fidem, vel etiam in preiudicium cuiuscunque catholici, sibi
 nullatenus est credendum, quia in nullo negotio supra alium pape heretico est
 credendum.

65

Capitulum 18

Discipulus: Tracta secundum exemplum de copia bulle pape heretici in qua
 heresis affirmatur.

5

Magister: Quod propter talem copiam sive transsumptum papa debeat
 hereticus iudicari videtur posse probari sic. In omnibus credendum est copie
 sive transsumpto bulle pape catholici. Ergo credendum est copie sive
 transsumpto bulle pape heretici in hiis que sunt contra ipsum. Antecedens
 10 videtur probatione minime indigere. Consequentia probatur per hoc quod tantum
 valet copia sive transsumptum bulle pape heretici contra ipsum quantum valet
 copia sive transsumptum bulle pape catholici quantum ad omnia que continet,
 quemadmodum tantum valet ipsa bulla pape heretici contra se quantum valet
 ipsa bulla pape catholici quantum ad omnia que continet et includit. Ergo sicut

53 Magister] Discipulus Gs 54 in] omitted Ly | in ...55 heretico] omitted An | negotio] modo Ly
 verum] intelligendum Ly | et precipue] vel Ly 55 alium] Et added Ly Vc | pape heretico] omitted
 Ly | heretico] omitted Bb 56 crimen] factum Ly 57 minime] nullatenus We Vc 58 Et] omitted
 We Vc | Et sic] similiter Ly 59 bulle sive] omitted Ly | diffinitioni] Fi We Vc: diffinitione Bb An
 Ly | heretici] heretico Bb 61 minime] non Ly | credendum] et added We 63 in] omitted Bb Ly
 supra] contra We 18,3 Tracta] Bb We Vc: transmittas An Fi dicas Ly 6 Magister] omitted Ly
 7 iudicari] Magister added An Magister: Hoc added Ly | est] omitted Fi 8 sive:] omitted We
 catholici ...9 pape] omitted Bb 10 per] propter Ly 11 heretici ...12 pape] We Vc: omitted Bb An
 Fi Ly 13 quemadmodum tantum] quantum Ly | quantum valet] sed Ly 14 quantum] valet
 quantum Ly | et] omitted We | Ergo] omitted We

in omnibus credendum est transsumpto bulle pape catholici, ita, quantum ad illa que sunt contra papam hereticum, credendum est transsumpto bulle pape heretici. 15

Discipulus: Videtur quod nec transsumptum bulle pape catholici nec transsumptum bulle pape heretici a criminosis vel infamibus divulgatum fidem debeat facere cuicumque, quia, sicut verba criminorum debent esse suspecta, ita etiam tales ostentiones transsumptorum papalium debent esse suspecte, ut nullus talibus ostentionibus transsumptorum papalium fidem debeat adhibere, quia non debet quis propter criminosos credere illa esse vera transsumpta. 20

25

Magister: Ad hoc respondetur distinguendo de diffinitionibus pape sive heretici sive catholici. Quia aut sunt publice et sollempniter promulgate aut non. De primis dicitur quod ignorantia talium nullum excusat post duos menses. De secundo dicitur quod de eis potest quis per ignorantiam excusari. Per hoc dicitur ad argumentum quod fecisti, concedendo quod propter criminosos, sive propter ostensionem transsumptorum papalium a criminosis factam, nullus tenetur credere umquam papam esse hereticum. Tamen propter huiusmodi ostensionem transsumptorum papalium continentium hereticam pravitatem a criminosis factam, si aliquis in rei veritate ignorat papam talem diffinitionem hereticalem edidisse, debet inquirere veritatem. 30

35

Discipulus: Hic deberent isti duo probare. Quorum primum est quod de constitutione hereticali pape publice et sollempniter promulgata nullus valet se per ignorantiam excusare. Secundus est quod, propter verba criminorum, ignorantes talem constitutionem hereticalem pape deberent querere veritatem. Unde de istis duobus velis disserere, et non solum referas circa ipsa sententiam predictorum, sed etiam aliorum. 40

18,41 Unde...42 aliorum] Possibly composed prior to *Prologus* 1 Dial.

15 est] *omitted* We | transsumpto] We Vc: *omitted* Bb An Fi Ly | ita] Ly We Vc: in Bb An Fi
 16 transsumpto] *omitted* Ly 19 catholici...20 pape] *omitted* An Fi 20 pape] *omitted* Bb
 21 verba] vita Ly | debent] debet Ly 22 tales] transsumptiones statutorum vel *added* Bb An Fi Ly
 23 transsumptorum] statutorum Ly 24 quis] aliquis Bb 27 non] sunt taliter promulgate *added*
 We Vc 28 nullum] non Ly 29 quis] *omitted* Ly | excusari] et *added* Ly 30 propter] We Vc:
omitted Bb An Fi Ly 34 hereticalem edidisse] dedisse Ly 38 et] *omitted* An Fi | valet] tenetur Ly
 40 talem] tales Bb An | deberent] debeant Vc 41 circa] contra We

Magister: Circa primum sunt diverse sententie. Una est quod nullus de
 45 constitutione hereticali pape post duos menses potest se per ignorantiam
 excusare, nec potest in hoc casu ignorantiam allegare, et si allegat non est sibi
 credendum, nisi ignorantiam probaverit quam allegat. Quemadmodum nullus
 potest ignorantiam allegare de constitutione pape catholici post duos menses,
 quia eam omnes scire tenentur, et omnes ad eius observantiam obligantur. Et
 50 ista videtur esse sententia glossatorum decretalium et decretorum.

Unde, de sententia publice promulgata cardinalis infra legationem suam, de
 qua minus videtur, dicit glossa Extra, *De postulatione prelatorum*, capitulo
 primo: “cum publice sententia illa fuerit promulgata, eam ignorare non potest,
 neque debet, et presumitur eam scire, 12 q. 2 *Qui et humanis*, et 16 dis. *Quod*
 55 *dicitis*”. Et infra: “ubi enim allegatur ignorantia circa ea, que plerique sciunt, et
 que publice fiunt, non creditur ei, nisi hoc probetur”.

Item, glossa Extra, *De constitutionibus*, c. *Cognoscentes*, loquens de
 constitutione pape, ait: “ex quo publice promulgata est et publicata, omnes
 tenentur ad eius observantiam. Et omnes ligat post duos menses a publicationis
 60 tempore elapsos”.

Item, glossa 9 q. 1 c. *Ordinationes* ait: “in hiis, que publice fiunt, non potest
 quis ignorantiam allegare”.

Item, glossa 16 dis. capitulo ultimo ait: “nulli licet ignorare ea que publice
 facta sunt”.

52 glossa...53 primo] Gloss, s.v. allegans, col. 98 | Extra...53 primo] cols. 41-3 54 12...
 humanis] col. 695 (cap. 24) | 16... 55 dicitis] col. 50 (cap. 14) 55 infra] Gloss, s.v. allegans, col.
 98 57 glossa...Cognoscentes] Gloss, s.v. ante prohibitionem, col. 16 | Extra...Cognoscentes]
 cols. 7-8 61 glossa...Ordinationes] Gloss, s.v. nisi probare, col. 866 | 9...Ordinationes] cols.
 601-2 63 glossa...ultimo] Gloss, s.v. regionibus, col. 68 (cap. 14 *Quod dicitis*) | 16...ultimo] col.
 50

44 primum] We Vc: primam Bb An Fi Ly 46 et] omitted Ly | allegat] allegaverat We allegaverit
 Vc 47 nisi] per added An | quam allegat] omitted Ly 49 obligantur] aligantur Bb 50 esse]
 fuisse Ly 51 cardinalis] cardinalium Ly 52 qua] omitted We | postulatione] postulationibus Bb
 Ly Vc | prelatorum] Fb: omitted Ww 53 promulgata] Gl: publicata Ww 54 12] 13 Ly 22 Vc
 Qui et] omitted An | et] Gl: omitted Ww 55 dicitis] dictis We | plerique] Gl: plurimi Ww
 56 que] omitted Ly We Vc | ei] Gl: omitted Ww | nisi] per added An | hoc] hec An Fi | probetur]
 Gl We Vc: probet Bb An Fi Ly 57 constitutionibus] constitutione Bb An Fi Vc 58 promulgata]
 Gl We Vc: publicata Bb An Fi Ly | et...59 tenentur] tenetur Ly | publicata] Gl We Vc: promulgata
 Bb An Fi 59 ligat] Gl: obligat Ww 60 elapsos] elassis We 61 Item...62 allegare] omitted Ly
 63 16] 19 Ly

Item, glossa 8 q. 1 c. *Licet* ait: “in hiis que publice facta sunt, non potest 65
contradici”.

Item, glossa dis. 54 c. *Nulli* ait: “Si aliqua sunt publice facta, nemo postea 70
auditur contradictor.”

Ex quibus aliisque quam pluribus colligitur, ut videtur, quod non solum non 70
auditur qui allegat se ignorare constitutionem pape publice promulgatam, sed
etiam qui allegat se ignorare alia quecunque, que tamen publice facta sunt. Quia
quamvis dicat se nescire, presumitur tamen scire, et ideo quamvis aliquis dicat
se nescire papam edidisse constitutionem in qua assertio que est heretica
diffinitur, non est sibi credendum, quia ex quo talis constitutio hereticalis est
publice promulgata, quilibet presumitur scire ipsam. 75

Discipulus: In quo fundant se glosse predictae.

Magister: In legibus civilibus et canonicis quamplurimis se fundant, de 80
quibus sufficiat adducere decretalem epistolam Innocentii tertii ad decanum et
capitulum Senonense, que ponitur Extra, *De postulatione prelatorum*, cap.
primo, in quo, ponens allegationes procuratoris episcopi Altisiodorum volentis
eundem episcopum per ignorantiam excusare, et eam excludens, sic ait:
“quoniam antequam idem magister ad sedem apostolicam accessisset nobis 85
quasi pro certo constabat quod idem episcopus interdicti sententiam non
servasset, quod etiam idem magister non negavit, in fratrorum nostrorum
presentia requisitus a nobis, in ipsius episcopi excusationem allegans, quod
sententiam latam servare nullatenus tenebatur, que ad eius notitiam nec per

65 glossa...Licet] Gloss, s.v. populo, col. 856 | 8...Licet] cols. 594-5 67 glossa...Nulli] Gloss,
s.v. cuius etc. in ambone publice legatur, col. 275 | dis...Nulli] col. 207 81 Extra...82 primo] col.
42 (*Ad hec*)

67 Nulli] ulli An ubi Ly | Si] ubi Ly | postea] Gl: omitted Ww 69 pluribus] plurimis Ly | videtur]
habetur Ly 70 sed] se We 71 etiam] ille non auditur added We Vc 72 presumitur...73 nescire]
omitted Ly 74 ex quo] omitted An 79 canonicis] canocis We | quamplurimis] quampluribus Ly
80 decretalem] omitted Ly | decanum] canonum An Vc 81 postulatione] Fb We: postulationibus
Ww | prelatorum] Fb: omitted Ww 82 procuratoris] procuratori Ly | Altisiodorum] Bb:
Altisiodorum An Fi Altisiodorensis Ly Altisiodori We Vc 85 constabat] Fb Ly We Vc: sed stabat
An Fi garbled Bb | idem] Fb: omitted Ww 86 quod etiam] Fb: et quod Ww | idem] omitted An
Gs | negavit] negat Bb 87 excusationem] excusationibus Gs 88 sententiam] sententia We
servare] omitted Ly | nullatenus] contra nos servare added Ly | que] quod Ly quia Vc

90 literas nostras nec per cardinalem tunc apostolice sedis legatum, qui eandem
sententiam promulgavit, nec per deputati ad hoc executoris mandatum vel literas
pervenisset”. Et infra: “quod nec sufficit, imo nec proficit ad excusationem
predicti episcopi, cum cardinalis idem sententiam interdicti, presentibus multis
sollemniter ac publice promulgavit, et eadem interdicti sententia in regno
95 Francorum iam a multis publice ceperit observari, nec sit necessarium, cum
constitutio sollemniter editur aut publice promulgatur, ipsius notitiam
singulorum auribus per speciale mandatum vel literas inculcare, sed id solum
sufficit, ut ad eius observantiam teneatur qui noverit eam sollemniter editam
aut publice promulgatam, cum et contra quosdam, qui Sardinense concilium non
servabant, tanquam illud non habuerint aut perceperint, canonica tradat
100 auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur, cum idem penes illos
in suis regionibus actum fuerit et receptum”.

Ex quibus verbis colligitur quod constitutione aliqua publice et sollemniter
promulgata, nulli eam ignorare licet, ita quod si fuit constitutio pape, omnes
ligat et omnes eam scire tenentur. Si autem fuit prelati inferioris, omnes de sua
105 iurisdictione debent scire ipsam. Ex eisdem etiam verbis infertur quod illa que
publice fiunt nemini commoranti in loco ubi publice fiunt licet ignorare. Ex
quibus concluditur quod si papa constitutionem hereticalem publice et
sollemniter promulgavit, nemini licet ignorare ipsam.

110 **Discipulus:** Non apparet quod omnes debeant scire constitutiones pape
heretici, cum non sit verus prelatus omnium. Ad nullius autem constitutiones
omnes astringuntur christiani nisi veri pape, quia constitutio solius veri pape
omnes astringit.

91 infra] cols. 42-3

89 literas] Fb: *omitted* Ww | nostras...per] *omitted* An Fi Ly | cardinalem] cardinalis We
legatum] Fb Ly Vc: legatos Bb An Fi le. We 90 promulgavit] promulgaverat We promulgaverit
Vc 91 nec] Fb: non Ww | imo] in We 93 promulgavit] promulgat Bb 94 Francorum] Fb:
Francie Ww | publice ceperit] Fb Ly: ceperat Ww 95 editur] aditur We | aut] Fb We Vc: ac Bb
An Fi | ipsius] *omitted* Bb 96 id] Fb We: illud Ww 97 teneatur] teneantur Ly | noverit] novit Vc
98 aut] ac Ly We Vc | cum et] et esset Ly 99 illud] id We | habuerint] habuerunt Bb Fi Ly
perceperint] Fb Vc: perceperunt Bb An Fi Ly We | tradat] tradita An *omitted* Ly 100 auctoritas]
auctoritate Ly in *added* Bb An Fi | quod] quo Ly | non... 101 receptum] fuerit et recepta We
101 fuerit] We: fuit Bb Fi Ly Vc f' An 103 promulgata] promulgatam We | nulli] enim *added*
An | fuit] fuerit We Vc 104 eam scire] observare We | fuit] fuerit We Vc 105 iurisdictione]
iurisdictione An | verbis] *omitted* Ly 106 nemini] non Fi 108 promulgavit] promulgat Ly
promulgaverit We Vc 112 omnes] *omitted* Ly | astringuntur] constringuntur Ly

Magister: Respondetur quod ad sciendum constitutiones pape heretici 115
 quilibet qui nescit eum esse hereticum et putat eum verum papam est astrictus.
 Sed postquam scit papam esse hereticum non tenetur scire constitutiones eius
 posteriores, nisi sicut ceterorum hereticorum scripta et dicta. In casu enim
 catholicus obligatur ad sciendum constitutiones et dicta hereticorum, non ad 120
 approbandum sed ad improbandum. Ex quibus infertur quod quilibet tenetur
 scire constitutionem hereticalem pape, nisi sint aliqui qui per alium modum
 quam per constitutionem hereticalem sciunt ipsum esse hereticum. Quod enim
 quilibet alius teneatur scire constitutionem hereticalem pape probatur, quia aut
 antequam scit constitutionem hereticalem ipsius reputat eum verum papam, aut
 non reputat eum verum papam. Si reputat eum verum papam, ergo tenetur scire 125
 constitutionem eius. Si non reputat eum verum papam, hoc non est nisi quia scit
 constitutionem hereticalem eius, et ita vel scit vel tenetur scire constitutionem
 hereticalem eius, si nescit eum esse hereticum per alium modum.

Discipulus: Nunquid secundum glossas in nullo casu potest quis allegare se 130
 ignorare constitutiones pape vel ea que publice fiunt.

Magister: Respondetur quod secundum glossas aliquando contingit talem 135
 ignorantiam allegare. Sed taliter alleganti minime est credendum nisi
 ignorantiam probaverit quam allegavit. Quam quidem aliquando potest probare
 iuramento, aliquando autem iuramentum non sufficit.

De hoc tamen glossa dis. 82 c. *Proposuisti* diversas recitat opiniones, dicens:
 “cum enim constitutio sit publice promulgata..., tenetur eam quilibet scire usque
 ad duos menses, ut in aucthen. ut fa. no. constit. ... § 1 coll. 6 secundum canones

137 glossa...Proposuisti] Gloss, s.v. non probatur, cols. 396-7 | dis...Proposuisti] cols. 290-1 (cap. 2)

115 constitutiones] constitutionem Vc 116 putat] reputat Ly 117 postquam] aliquis *added* We
 Vc | esse] e^l Fi 118 scripta] scripta We | enim] autem Ly 119 dicta] scripta Vc scripta We
 120 approbandum] probandum Ly | approbandum... improbandum] propugnandum sed ad
 impugnandum Vc | sed... improbandum] *omitted* An 122 sciunt] sciant Ly | ipsum] *omitted* Vc
 123 teneatur] tenetur Ly 125 scire] *omitted* We 126 reputat] reputatur An Vc | scit] vel tenetur
 scire Ly We Vc 127 vel:] Bb Fi: et Ly *omitted* An We Vc | tenetur scire] *omitted* We Vc
 128 nescit] non scit Vc | esse] *omitted* An Fi Vc 130 in] glossam Ly 133 contingit] contigit Bb
 135 probaverit] probaverint Bb | allegavit] allegant Bb allegat We Vc | quidem] quidam We
 136 iuramento] iurando We | autem] *omitted* We 137 dis...Proposuisti] Vc: 83 Ww | recitat]
 reputat Vc 138 enim] Gl: *omitted* Ww 139 ut fa] et Ly | no] Gl: nove Ww | coll 6] Gl: *omitted*
 Ww

- 140 usque ad sex menses ut 18 dis. c. *Decernimus*. Quia ergo presumebatur
 pervenisse ad istos, tenebantur ipsi probare ignorantiam, et hoc est generale,
 quod propter presumptionem cogitur aliquis probare ignorantiam ut hic, et
 Extra, *De electione*, c. *Innotuit* et 1 q. 1 *Si qui a simoniaciis*". Et infra: "sed
 145 qualiter probat se aliquis ignorasse ? dico suo sacramento ut 34 q. 2 *In lectum*...
 ut not. 4 q. 5 c. *Quisquis* in fine vel etiam alio modo, si potest probare se fuisse
 in alio loco, et forte si presumptio est contra eum non crederem iuramento suo.
 Sed quid si collegium vel aliquis conventus dicit se ignorasse, nunquid omnes
 iurabunt ? dico, quod sufficit, si episcopus cum maioribus de capitulo iurant ut
 ff. de condit. et demonst. l. municipibus".
- 150 Alii dicunt quod eo ipso probatur ignorantia quod non probatur scientia.

Discipulus: Durum michi videtur asserere quod omnes teneantur scire
 omnes constitutiones pape, quia tunc omnes tenerentur scire omnia decreta,
 omnes decretales summorum pontificum, quod rationabile non videtur, cum in
 155 multis annis sciri non possint. Ideo circa predicta aliam narra sententiam.

Magister: Quorundam aliorum est sententia quod inferiores episcopis non
 tenentur scire quamcunque constitutionem pape, neque hereticalem neque aliam,
 nisi fuerit per episcopum publicata. Dicunt enim quod prelati immediate sub
 160 episcopo constituti non tenentur scire constitutionem pape nisi episcopus

140 18...Decernimus] col. 58 **143** Extra...Innotuit] col. 61 | 1¹...simoniaciis] cols. 400-1 | infra]
 Gloss, s.v. non probatur, col. 397 **144** 34...lectum] col. 1259 **145** 4...Quisquis] cols. 542-3

140 usque] vero Ly | sex] Fb Vc: sextum Ly 5 Bb An Fi We | menses] Fb Vc: mensem Bb An Fi
 Ly We | Decernimus] Gl Fi We: decrevimus Bb An Ly Vc **141** tenebantur] tenebatur An
 ignorantiam] ut hic added Ww | et... 142 hic] omitted Ly | hoc] Gl Vc: hic Ww **143** et] Gl Ly:
 omitted Ww | qui] Gl: quis Ww | a simoniaciis] Gl We Vc: autem simoniaciis Bb An autem si
 noveritis Fi Ly **144** probat] probaverit We | dico] Gl We Vc: dicto Ly aliquo Bb An Fi | 34] 24
 Vc | In lectum] Gl We Vc in literis Bb Fi Ly garbled An **145** fine] c. ultimo added Bb Ly 10
 ultimo added We c. added An Fi Vc | vel] Gl An: omitted Ww | etiam] in We | probare] Gl:
 probando Ww **146** crederem] Gl Bb We: crederetur An Fi Ly Vc **147** Sed] Gl Vc: Si Ww
 collegium] Gl: conventus Ww | aliquis] garbled An | conventus] Gl: collegium Ww | dicit] Gl:
 diceret Bb An Fi Ly dicat We Vc **148** iurabunt] Magister added Ly | si] Gl: quod Ww | de
 capitulo] c. An Fi | iurant] Gl: iuret Ww **149** ff] omitted An Fi | de] dis. added Ly | demonst...
 municipibus] Gl Vc: de mun^{bus} Bb An Fi de munintibus We de renuntiatione Ly **152** teneantur]
 tenerentur An | scire] omitted We **153** omnes] omitted Ly We | decreta] et added Ly We Vc
154 omnes] omitted Vc | summorum] sed morum Fi | videtur] apparet We Vc qui added Bb An Fi
 quia added Ly | in] Fi We Vc: omitted Bb An Ly **155** possint] possunt We possit Vc | aliam] Bb
 Ly Vc alia We aliquam An Fi **157** inferiores episcopis] episcopi inferiores Ly **158** neque]
 omitted An **160** constituti... 162 sui] omitted Fi | episcopus... 162 nisi] We Vc: omitted Bb An Ly

intimaverit eis, sicut etiam alii prelati sub illis prelati immediate constituti non tenentur scire constitutionem pape nisi prelati sui indicaverint eis, et sic usque ad laicos et alios curam animarum non habentes, qui non tenentur scire constitutionem pape nisi presbiteri seu rectores eorum, aut alii prelati superiores, publicaverint eandem constitutionem pape inter ipsos. Sic etiam dicunt de religiosiis, quod religiosi subditi nullam constitutionem pape scire tenentur antequam prelati eorum publicaverint eam inter ipsos. 165

Hec sententia videtur posse probari primo sic. Si quilibet teneretur scire constitutionem pape post duos menses, vel post sex, frustra episcopi tenerentur publicare eam. Sed episcopi tenentur publicare constitutionem pape. Ergo ante publicationem talem non omnes tenentur scire constitutionem pape. Maior videtur manifesta. Minor ostenditur sic. Non minus tenentur episcopi publicare constitutionem pape quam ea que in conciliis provincialibus singulis annis aguntur. Sed illa debent episcopi publicare, sicut in concilio Toletano decernitur, ut habetur dis. 18 c. *Decernimus*. Ergo et constitutiones pape noviter editas publicare tenentur. 170 175

Item, non transitur ab extremo ad extremum nisi per medium. Sed episcopi sunt medii inter papam et suos subiectos. Ergo non tenentur subiecti scire constitutiones pape nisi eis per episcopos tanquam per medium intimentur.

Tertio sic. Nullus potest ad impossibile obligari. Sed impossibile est illiteratos intelligere constitutiones pape nisi prelati exposuerint eis. Ergo non tenentur eas scire antequam per prelatos eorum fuerint eis exposite. 180

Discipulus: Ista sententia decreto Innocentii tertii superius allegato adversari videtur, cum dicitur “nec sit necessarium, cum constitutio sollempniter editur aut publice promulgatur, ipsius notitiam singulorum auribus per speciale mandatum vel literas inculcare”. Ex quibus verbis colligitur quod nonnulli tenentur scire constitutionem sollempniter editam et publice promulgatam licet 185

175 dis...Decernimus] col. 58

162 indicaverint] indicaverunt Ly 163 et alios] omitted An 164 presbiteri] plebani Ly We Vc 165 publicaverint] publicant Ly | dicunt] etiam added We 167 publicaverint] publicaverunt Ly eam] eandem constitutionem pape Vc 169 post... 171 Maior] omitted An | post] omitted We Vc 170 ante... 171 talem] omitted Bb 171 talem] omitted Ly 173 singulis] sil Fi | annis] omnes An Fi 174 Toletano] tali Ly telletano We | decernitur] decrevitur An 175 Decernimus] decrevimus Bb An 177 extremo] esternum We | ad] in Ly | episcopi] omitted Bb 179 episcopos] episcopum An | intimentur] intimetur We 181 prelati] literati We Vc 184 Innocentii tertii] innocentius tertius An 185 cum dicitur] 9^e Bb | dicitur] dicit We quod added We Vc | editur] omitted We 186 aut] et Ly 188 tenentur] tenetur We

190 eorum auribus neque ab episcopo neque ab aliquo inferiori per speciale
mandatum vel literas fuerit inculcata. Et ita ad hoc quod teneantur scire
constitutionem pape, nulla publicatio preter primam que fit in curia pape
requiritur.

Item, non est consuetudo ecclesie quod omnes constitutiones pape noviter
edite priusquam obligent per episcopos divulgantur. Ergo prima solemnitas
195 divulgatio sufficit ad hoc quod constitutio pape obliget universos. Hoc etiam
glossa super dicto capitulo Innocentii tertii videtur asserere, que dicit quod
“videtur sufficere quod per solam famam ad ipsum pervenit”.

Item, preceptum superioris non minus obligat quam preceptum inferioris.
Ergo similiter divulgatio facta per superiorem non minus obligat quam
200 divulgatio facta per inferiorem, et secundum istam sententiam divulgatio
constitutionis pape facta per episcopum ligat inferiores episcopo. Ergo non
minus ligat eos divulgatio facta per papam.

Item, sicut episcopi sunt superiores abbatibus, decanis, archidiaconis, et
huiusmodi inferioribus prelatibus, ita archiepiscopi sunt superiores episcopis. Sed
205 constitutio pape ligat episcopos, licet ad eos per archiepiscopos nequaquam
pervenit (Extra, *De postulatione prelatorum*, cap. 1). Ergo et constitutio pape
ligat inferiores episcopis licet episcopi non publicaverint constitutionem
eamdem.

Hec inter alia movent me supra predictam sententiam. Ideo aliam sententiam
210 libenter audirem.

Magister: Sunt quidam qui glossas de ista materia negare nolunt, sed eas, ut
affirmant, explanant, de constitutione pape dupliciter distinguentes. Aut enim
publice fertur, non solum in curia pape sed in universis regionibus

196 glossa...tertii] Gloss, s.v. non probatur, col. 397 206 Extra...1] cols. 41-3

189 auribus] auc^b An | episcopo] ipso Ly 190 literas] An Fi We: hominis Bb literis Ly Vc
fuerit] fuit Bb | inculcata] intimata Ly | teneantur] An Fi Vc: teneatur Bb Ly We 191 nulla] illa
Ly 193 est] omitted Bb 194 priusquam] primo antequam We Vc | divulgantur] dimulgentur Ly
195 divulgatio] dimulgatio Ly | Hoc etiam] et hoc in We 196 super] Ly We Vc: supra Bb An Fi
197 pervenit] pervenerit We Vc 199 similiter] simpliciter Ly | divulgatio] dimulgatio Ly
200 divulgatio] dimulgatio Ly | et] omitted Ly Vc | secundum...sententiam] sed Ly | divulgatio]
dimulgatio Ly 202 eos divulgatio] omnes dimulgatio Ly 203 sunt] omitted We 205 ad eos]
omitted An 206 pervenit] pervenitur Ly perveniat Gs pervenerit We Vc | prelatorum] Fb: omitted
Ww 207 episcopis] episcopos We 209 supra] Bb An Fi: contra Ly We Vc 212 qui] omitted Bb
213 distinguentes] diffinientes Bb Ly 214 fertur] feruntur

christianorum, papam de aliqua determinata materia constitutionem noviter 215
edidisse, aut talis rumor ad omnes regiones christianorum vel aliquas non
pervenit. Item, aut constitutio nova pape omnes tangit, aut aliquas determinatas
personas, vel aliqua collegia certa.

Si itaque aliqua constitutio nova pape in eius curia sollempniter et publice 220
promulgatur que omnes tangit, et publicus rumor aut sermo de tali constitutione
ad omnes regiones christianorum pervenit, omnes conclusionem constitutionis
huiusmodi scire tenentur, precipue illi qui de facili per se vel per alios eam scire
possunt.

Ab hac tamen regula, secundum quosdam, excipiuntur milites, rustici, 225
minores, et mulieres, qui constitutionem talem scire non tenentur. Secundum
quosdam vero, si eam de facili possunt scire, eam ignorare non debent, precipue
si sit constitutio que bonum commune respiciat.

Huius ratio assignatur talis. Ignorantia crassa et supina et peior nullum 230
excusat. Sed ignorantia iuris quemcunque tangentis quod quis potest de facili
scire est ignorantia crassa et supina vel peior. Ergo talis ignorantia nullum
excusat. Maior probatur auctoritate Alexandri tertii qui, ut habetur Extra, *De*
ordinatis ab episcopo qui renuntiavit episcopatu, cap. 1, ait: “si ab eodem
sacros ordines scienter quis receperit, quia indignum se fecit, executionem
officii non habebit. Ubi autem non scienter, poterit, nisi crassa et supina fuerit 235
ignorantia, discretus pontifex dispensare”. Ex quibus verbis colligitur quod
ignorantia crassa et supina dispensationem alias licitam impedit, et per
consequens ignorantia crassa et supina non excusat. Quod glossa Extra, *de*
electione et electi potestate, c. *Innotuit*, asserit manifeste, dicens: “ignorantia
crassa et supina non excusat”.

224 Ab...227 respiciat] Possibly an unpolished text from Ockham's autograph 231 Extra...232 1] col. 125 237 glossa...238 Innotuit] Gloss, s.v. ignorantiam, col. 133 | Extra...238 Innotuit] col. 61-3 (cap. 20)

216 aliquas] adliquis We 219 pape...curia] in curia pape We Vc 221 conclusionem] conclusiones (sic) We conclusiones Ly 222 precipue] Ly We Vc: precise Bb An Fi | alios] alium We 225 minores] iuniores Ly | tenentur] et added Ly Bb An Fi 229 quemcunque] quecunque An | quemcunque tangentis] quantumibet tangat Ly | quis] We Vc: omitted Bb An Fi Ly | potest] We Vc: per se Bb An Fi Ly 231 Alexandri] omitted An 232 ordinatis] Fb: ordinato Ww | episcopo] Fb: eo Ww | renuntiavit] Fb Fi We Vc: renuntiat Bb An Ly 233 receperit] Fb: acceperit Bb An Fi Ly Vc acciperiet We | fecit] Fb: facit Ww | executionem] excusationem Ly 234 poterit] omitted We | supina] dispensationem added We 235 discretus] distractus We | verbis] omitted Ly 236 alias] omitted Ly 237 Quod...239 excusat] omitted Bb 238 et...potestate] Fb: omitted Ww 239 supina] vel peior added Ly

240 Minor, scilicet quod ignorantia iuris quemcunque tangentis quod quis potest
de facili scire est ignorantia crassa et supina probatur. Quia ignorantia
dampnabilis est crassa et supina vel peior. Sed talis ignorantia est dampnabilis,
teste Augustino qui, ut legitur dis. 37, cap. ultimo, ait: “Non omnis ignorans est
245 immunis a pena. Ille enim ignorans potest excusari a pena qui quod disceret non
invenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui, habentes a quo discerent operam
non dederunt”. Ex quibus verbis colligitur evidenter quod ignorantes illa que
spectant ad ipsos qui possunt faciliter scire minime excusantur. Quod etiam
Apostolus 1 Cor. 14 aperte insinuat cum dicit, ut etiam recitatur dis. 37 § *ut*
itaque: “qui ignorat ignorabitur”. Quod Gratianus ibidem dicit intelligendum de
250 eo “qui noluit intelligere ut bene ageret”, ubi dicit glossa: “qui ignorat id est qui
negligit scire, vel contempnit scire” Et infra: “nec excusatur quis per
ignorantiam, qui potest habere copiam peritorum, ff. de iuris et facti ignorantia
.L. regula, vel si sua prudentia facile potuit illud scire”. Ex quibus colligitur
quod omnes illos ignorantia non excusat qui nolunt scire, qui ideo ignorant quia
255 non dant operam ad sciendum, qui negligunt scire, qui contempnunt scire, qui
habent copiam peritorum, qui sua prudentia facile possunt scire. Et ita omnis
talis ignorantia est dampnabilis et per consequens est crassa et supina vel peior.

Ex quo infertur quod constitutionem pape, quantum ad subiectum
constitutionis contentum in ipsa, omnes tenentur scire, si omnes tangit et rumor
260 de tali constitutione ad omnes regiones christianorum pervenit, quia nemini licet
ignorare ea de quibus in regione ubi moratur est publicus rumor, si omnes
tangunt. Si autem rumor de tali constitutione non ad omnes regiones

242 talis ignorantia] i.e. “ignorantia iuris quemcunque tangentis quod quis potest de facili scire”

243 dis...ultimo] c. 16 (*Non omnis*), col. 140 248 Apostolus...Cor] 1 Corinthians 14:38 | dis...
249 itaque] col. 140 (*Dictum Gratiani ad cap. 15*) 249 qui...ignorabitur] The actual Pauline text
reads: Si quis autem ignorat, ignorabitur | Gratianus...dicit] col. 140 250 ubi...glossa] Gloss, s.v.
qui noluit, col. 187 251 Et infra] *ibid.*

240 quemcunque] An Fi: quacunq[ue] Bb We Vc quantumlibet Ly | tangentis] tangeret Ly | quis]
Kn: omitted Ww 241 probatur...242 supina] omitted Ly 242 est] ignorantia added Vc | Sed] et
Ly | est] ignorantia added We Vc 243 legitur] habetur Ly 244 ignorans] Fb: omitted Ww | qui]
omitted Bb An Fi | disceret] discat We 245 hoc] Fb: omitted Ww | poterit] Fb We Vc: potest Bb
An Fi Ly | quo] omitted Fi | discerent] Fb Bb Fi Vc: addiscerent An Ly discant We 247 qui] que
Bb Fi | excusantur] Bb We Vc: excusatur An Fi Ly 248 1] 2 ad Ly | 14] Kn: 15 Ww 249 Quod]
omitted We 250 bene] omitted We | id est] Gl Vc: et Ww 251 vel] Gl: qui added Ww
contempnit] contendit We | nec] Gl: etiam added Ww 253 L] Vc: omitted Gl Ww | facile]
faciliter Ly | potuit] Gl: potest Ww | illud] id Ly | quibus] verbis added Ly 255 qui...256 scire]
omitted An 256 facile] omitted Ly 258 constitutionem] constitutio Ly | subiectum] substantiam
We Vc 259 contentum] Kn: contente Ww | omnes] omnis Bb omitted An | tenentur] tenetur Bb
si] sed An 260 quia] Bb We: et An Fi Ly Vc 261 si...262 tangunt] omitted Ly 262 tangunt]
tangant Bb

christianorum pervenit, commorantes in regionibus in quibus nullus est rumor
 de tali constitutione pape eam scire non tenentur, quia ignorantia probabilis
 ipsos excusat. Ignorans enim sicut errans, quemadmodum insinuat glossa 1 q. 4 265
 § *notandum*, non est necesse “quod sit nimis scrupulosus, et diligens, et curiosus
 in inquirendo, nec quod sit nimis negligens, et dissolutus non inquirendo”. Ille
 autem qui in regione moratur ubi de constitutione pape nova nulla sit mentio
 non est nimium negligens et dissolutus in inquirendo, ergo ignorantia probabili 270
 laborat, et per consequens est merito excusandus licet constitutionem pape non
 sciat. Si vero constitutio pape non tangit omnes sed aliquas determinatas
 personas, puta tantummodo episcopos, vel tantummodo monachos, vel tantum
 presbiteros seu rectores vel aliquas alias certas personas vel collegia, non omnes
 tenentur scire constitutiones huiusmodi, sed tantummodo illi quos constitutio 275
 tangit, et illorum illi solummodo qui in regionibus manent ubi inter tales
 personas de constitutione huiusmodi est publicus rumor.

Per hoc dicitur ad propositum de constitutione hereticali pape quod, cum
 talis constitutio pape omnes tangat, quia fidem omnium quantum in se est
 destruit et enervat, omnes illi qui in regionibus commorantur in quibus est rumor
 publicus de constitutione tali eam scire tenentur, non ad servandum sed ad 280
 resistendum pro posse. Illi autem qui morantur in regionibus ubi non est rumor
 de tali constitutione eam scire non tenentur, et ideo si eam non impugnant per
 ignorantiam probabilem excusantur.

Discipulus: Nunquid secundum istos ad hoc quod aliqui teneantur scire 285
 constitutionem hereticalem pape requiritur quod in omnibus civitatibus illius
 regionis fiat talis rumor.

Magister: Respondetur distinguendo, quia manentium in aliqua regione
 quidam ex consuetudine in una civitate morantur continue, non transeundo de 290

265 glossa...266 notandum] Gloss, s.v. omnis ignorantia, col. 587 | 1...266 notandum] col. 422
 (*Dictum Gratiani ad cap. 12*)

263 pervenit] pervenerit We 264 tali] talis Ly 265 ipsos] eos Ly | excusat] et sed *added* An
 267 nimis] Gl: nimium Ww | non] Gl: in Ww 272 episcopos...273 alias] *omitted* We
 tantummodo:] tantum Bb Vc | tantum] tantummodo Ly 273 presbiteros] plebanos Vc
 274 huiusmodi] eius Ly 275 illi] subiecti Ly 277 pape] propter Ly 278 constitutio] distinctio
 Bb | pape] *omitted* We | tangat] tangit Ly tagat We 280 eam] *omitted* Ly 281 resistendum] resi^d
 An | morantur] morarentur Bb Vc 286 in omnibus] *omitted* Bb 287 regionis] regionibus We
 talis] *omitted* Bb 289 quia] quod Ly | manentium] mananthum We | regione] *omitted* Vc

civitate ad civitatem, quidam vero ad civitates diversas profiscuntur. Primi non tenentur scire constitutionem hereticalem pape antequam rumor de tali constitutione pape hereticali ad civitatem pervenit. Alii vero tenentur scire si in aliqua civitatum ad quas sunt solliti proficisci rumor talis fuerit divulgatus.

295

Discipulus: Ista non videntur bene dicta, quia subditi et simplices non tenentur habere explicitam fidem de multis que credit ecclesia. Ergo multo fortius non tenentur habere noticiam explicitam de constitutionibus hereticalibus pape quantumcunque fuerit rumor quod de fide constitutiones hereticales ediderit.

300

Magister: Respondetur distinguendo de constitutionibus hereticalibus pape. Quia aut continent heresim contrariam veritati catholice quam quilibet tenetur credere explicite, puta si diffiniret quod fides christiana est falsa, vel quod
305 Christus non fuit mortuus, aut quod anime reprobatorum minime cruciantur, aut quod non est vita futura, et talem constitutionem omnes manentes in civitatibus ad quas rumor vel fama de constitutione tali pervenit scire tenentur, quemadmodum veritatem contrariam credere tenentur explicite. Quia, sicut tenentur explicite credere veritatem catholicam et pro loco et tempore eam
310 exterius confiteri, ita heresim contrariam debent discredere mente, et pro loco et tempore exterius reprobare et horrere.

Si vero non contineat talem heresim contrariam veritati catholice quam omnes tenentur credere explicite, sed est heresis que contrariatur veritati quam aliqui tenentur credere explicite et aliqui ad hoc non tenentur, illi qui non
315 tenentur explicite credere veritatem contrariam heresi diffinite in constitutione pape, non tenentur scire constitutionem pape hereticalem, nisi in casu. Illi vero qui tenentur credere explicite veritatem contrariam, tenentur etiam scire

305 aut¹...cruciantur] probable addition to an earlier draft

291 ad:] in Ly 293 ad] suam added We | pervenit] pervenerit We Vc 294 aliqua civitatum] aliquam civitatem Ly | civitatum] We Vc: civitate Bb An Fi | ad quas] omitted Ly | quas] We Vc: quos Bb An Fi | proficisci] ubi added Ly 297 ecclesia] ortam An Fi 302 constitutionibus hereticalibus] constitutione hereticali We Vc 303 continent] continet We Vc 304 credere] scire Ly 305 fuit] fuerit Fi 306 est] alia added Ly | et] etiam Ly 307 pervenit] pervenerit We Vc 308 tenentur] Ly We Vc: conentur Bb An Fi | Quia...309 credere] omitted Ly 309 pro] illo added Ly 310 discredere] discernere Vc et added Ly | mente] manifeste We 312 contineat] tenetur We 313 sed] omitted Ly | quam] omitted Bb 315 heresi] heresim We | diffinite] Vc: distincte Bb An Fi Ly disserendo We 316 tenentur] debet tenere Fi 317 contrariam] omitted Ly

constitutionem pape hereticalem, si fama de tali constitutione ad civitatem ubi morantur pervenerit.

320

Capitulum 19

Discipulus: Nunc tracta secundum premissum circa principium precedentis capituli, an scilicet propter verba criminorum asserentium constitutionem hereticalem pape esse noviter editam debeant ignorantes inquirere veritatem.

5

Magister: Respondetur quod si aliqui criminosi diffamant papam in genere, dicentes quod in constitutione sua heresim diffinivit, neque constitutionem neque heresim specificando, non est necesse propter verba eorum inquirere veritatem. Si autem in speciali tam heresim quam constitutionem specificant, dicendo ‘in tali constitutione papa talem heresim diffinivit’, videtur quod illi qui veritatem contrariam credere tenentur explicite, licet non debeant credere criminosis, debeant tamen cauta sollicitudine querere veritatem, legendo scilicet in statuto constitutionem eandem.

10

Hoc probatur primo sic. In dubiis via tutior est tenenda (Extra, *De sponsalibus et matrimoniis*, c. *Iuvenis*, et *De penitencia*, dis. 7, c. *Si quis positus*, et Extra, *De homicidio voluntario vel casuali*, c. *Significasti* et c. *Ad audientiam*). Sed querere veritatem de constitutione pape, cum nunciatur heresim continere, est via tutior quia omni caret periculo. Non querere autem veritatem magnum habet periculum, quia propter hoc quod non quereretur veritas, posset in nonnullis periclitari fides. Ergo propter huiusmodi famam veritas sollicite est querenda.

15

20

Secundo sic. Propter assertionem illorum de constitutione hereticali pape est querenda veritas extra iudicium propter quorum denuntiationem coram iudice

19,15 Extra... 16 Iuvenis] cols. 661-2 16 De...positus] col. 1245 17 Extra...Significasti] col. 801 | c²... 18 audientiam] col. 798

318 pape] et added An 319 pervenerit] pervenit Ly 19,3 Nunc] nuc We | premissum... principium] premissa secundum quesitum Ly 5 pape] omitted Vc 7 diffamant] diffament An Fi 8 quod] si added An | diffinivit] diffinit Ly Vc 11 diffinivit] diffinit Ly Vc 13 criminosis] criminosos An Fi 14 in statuto] Bb Ly: in testa¹⁰ An Fi et studendo sollicite We Vc 15 Hoc] hec Bb | De... 16 matrimoniis] Fb: de spon. Ly de sposalibus We de sponsibus Bb An Fi Vc 17 De... casuali] Fb: de homicidio Ww 19 autem] omitted We 20 quia] omitted Ly | quod non] nisi Ly 21 in] et Fi | famam] fama We 23 illorum] We Vc: omitted Bb An Fi Ly

25 esset veritas iudicialiter inquirenda. Sed propter denuntiationem criminorum
debet iudex pape heretici inquirere veritatem. Nam criminosi in exceptis
criminibus inter que est heresis ad denuntiandum debent admitti. Ergo etiam
extra iudicium propter assertionem talem criminorum veritas est querenda.

30 **Discipulus:** Secundum canonicas sanctiones de nullo est inquisitio facienda
nisi fuerit graviter diffamatus. Ergo propter verba criminorum non est de papa
inquisitio facienda nisi taliter fuerit diffamatus quod absque scandalo tolerari
non posset.

35 **Magister:** Respondetur quod iudicialis inquisitio, que absque gravamine et
nota illius de quo inquiritur nequaquam fieri potest, non est aliquo modo
nisi fuerit graviter diffamatus, et de illa inquisitione loquuntur canonicæ
sanctiones. Alia autem inquisitio veritatis, que fit extra iudicium, que in casu
40 proposito solum per suspicionem et studium constitutionis hereticalis pape fieri
potest, facienda est etiam absque precedente infamia pape, quia per talem
inquisitionem veritatis nullum gravamen vel nota infertur illi de quo inquiritur,
licet postea invenientes veritatem debeant papam hereticum evitare.

Discipulus: Ista responsio non videtur sufficere, quia propter verba
45 criminorum non est credendum quod transsumpta ostensa sint vera
transsumpta. Ergo licet in illis transsumptis per criminosos ostensis inveniatur
aliqua heresis diffinita, non est credendum papam esse hereticum.

Magister: Ad hoc respondetur quod in hoc casu non solum audiens
50 relationem ostendentium transsumpta huiusmodi debet illa transsumpta legere et
studere, sed etiam debet diligenter inquirere an sint vera vel falsa transsumpta.

25 esset] An Ly We: esse Bb Fi Vc | iudicialiter] iudiciaria Ly 26 in] inter Bb 27 debent] debet
Bb Fi We 32 facienda] omitted We 35 gravamine] Fi We Vc: gravatione Bb An Ly 36 est
aliquo modo] erit aliter Ly 37 graviter] omitted Ly 38 Alia autem] quia Ly 39 proposito]
proponendo We | suspicionem] scandalum added Ly 40 absque] abs We | per] omitted Bb
44 videtur] respondere added An 46 in] omitted We 47 diffinita] diffamata We | est] omitted
We 49 in] omitted We 51 debet] omitted Ly | transsumpta...52 est] omitted Fi

Quod quia potest fieri absque nota et gravamine pape, si est innocens. Ex habundanti cautela tenetur audiens huiusmodi criminosos inquirere veritatem.

Capitulum 20

Discipulus: Quia raro aut nunquam invenitur criminosus qui publice se auderet offerre ad convincendum papam catholicum statuta hereticalia edidisse, et propter hoc ex hoc ipso quod criminosi publice et manifeste etiam extra iudicium de papa talia affirmarent esset quedam presumptio quod eorum assertio non esset a veritate extranea, ideo circa istam materiam nolo amplius immorare, quapropter de indiciis manifestis de quibus dictum est supra capitulo 17 velis disserere.

Magister: Sententia predictorum est quod asserentibus extra iudicium indicia manifesta declarantia perfidiam pape heretici est credendum, cuius ratio assignatur talis. Magis credendum est asserentibus indicia manifesta ad aliquod comprobandum quam assertioni simplici quorumcunque. Sed sepe credendum est assertioni simplici aliquorum fide dignorum, cum etiam nonnunquam credatur uni (*De consecratione*, dis. 4, c. *Parvulos* et c. *Cum itaque*). Ergo multo fortius asserentibus papam esse hereticum et simul cum hoc asserentibus indicia manifesta, hoc est suspiciones et presumptiones probabiles quibus eius perfidia declaratur, est credendum.

Discipulus: Pone exemplum ut melius predicta intelligam.

Magister: Exempla multa possent poni, secundum quod suspiciones seu presumptiones possent esse quam plurime, imo innumere. Unum autem potest

⁵² Quod...⁵³ veritatem] unpolished text **20,16** De...Parvulos] col. 1395 (c. 110) | c²...itaque] col. 1396 (c. 112)

⁵² pape] et *added* Ly ⁵³ cautela] caute An | huiusmodi criminosos] huius criminosi huiusmodi Ly | inquirere] querere We | veritatem] huius *added* Ly **20,3** invenitur] inveniretur We Vc ⁵ criminosi] si *added* Ly | etiam] *omitted* We et Vc ⁶ affirmarent] affirmant We | quedam] que We ⁷ non] *omitted* Ly | ideo] quapropter Ly | circa] contra We ⁸ immorare] immorari Fi quapropter] *omitted* Ly | est] *omitted* We ⁹ disserere] dicere Ly ¹⁴ quorumcunque] aliquorum Ly Vc | Sed...¹⁵ fide] *omitted* Ly ²¹ exemplum] exempla We ²⁴ possent] possunt We

25 esse tale. Ponatur quod papa publice predicet quod Christus non fuit verus Deus,
 aut quod non fuit passus, vel aliquid tale quod est hereticum manifeste. Insuper
 omnes tenentes contrarium persequatur, destruat, et confundat, omnes vero
 suam doctrinam pestiferam defendentes, tenentes, predicantes, et docentes
 diligat, promoveat, et exaltet. Sint etiam aliqui qui ignorent papam talem
 30 heresim predicare, tenere, aut docere, et tamen sciunt quosdam alios de eadem
 doctrina inter se altercationem habere, quorum quidam tenent catholicam
 veritatem, et alii eam impugnant. Hoc posito, si taliter ignorantes papam
 doctrinam hereticam predicare, asserere, vel tenere audierint postea aliquos
 35 defensores veritatis catholice papa deprimit et confundit, docentes vero
 contrariam hereticam pravitatem promovet et exaltat, sicut etiam ipsi ignorantes
 papam esse hereticum manifeste conspiciunt, taliter adducentibus indicia
 manifesta ad probandum papam esse hereticum est credendum, quia pro dicto
 eorum est presumptio violenta, ex quo papa talem doctrinam hereticam
 40 defendentes diligit, iuvat, et exaltat, et tenentes veritatem catholicam odit,
 persequitur, et molestat. Que presumptio magis ostenditur violenta si nulla ratio
 apparet quare istos deprimit et illos exaltat, nisi quia isti doctrinam talem negant
 et alii tenent eandem. Que etiam nimis urgere videntur si papa illos, quos ante
 diligebat, odit vel persequitur ex quo doctrinam suam hereticam impugnare
 45 ceperunt, et e converso eos quibus minus favorabiliter videbatur, cariores habet
 ex quo doctrinam suam hereticam defenderunt, docuerunt, divulgaverunt,
 asseruerunt, vel tenuerunt. Quare per talem presumptionem credendum est
 papam esse hereticum.

Item, si papa de heresi diffamatur, maxime ver viros literatos et in sacra
 50 pagina eruditos, petentes instanter et totis viribus laborantes ut generale
 concilium celebretur ad discutiendum et examinandum illa que papa tanquam
 hereticalia imponuntur, se subiicere generalis concilii iudicio, idem generale
 concilium ne celebretur impediendo, recusat, est contra ipsum presumptio
 violenta quod est heretica labe respersus.

30 quosdam...31 habere] cf. title of planned 3 Dial. complex in *Prologus* 1 Dial.

25 fuit] Bb We: fu' An Fi fuerit Ly Vc 26 fuit] fuerit Bb Ly 27 vero] etiam Ly 28 tenentes]
 etiam Ly 29 etiam] et Vc 30 aut] et Ly Vc | alios] omitted An 33 postea] We Vc: post Bb An
 Fi Ly 34 talis] tale Bb 36 sicut] sint Bb sīt An 38 esse] omitted We Vc 42 apparet] appareat
 Ly appareret Vc 43 Que] quo Ly quia Vc | illos] alios Ly 44 vel persequitur] et persequit Ly We
 45 minus] omitted Ly | habet] haberet We 47 per] propter We 50 petentes] omitted Fi
 53 impediendo] impedire Ly

Item, si de heresi manifesta publice diffamatur et ipse de tali heresi se non purgat, sed eam predicat, tenet, et docet, est contra eum presumptio violenta quod est hereticus manifestus. 55

Et ita asserentibus tales presumptiones apertas ad probandum papam esse hereticum videtur esse credendum. 60

Discipulus: Videtur quod ista dicta inter se repugnant, nam suspicio sive presumptio non est credulitas nec causa credulitatis. Cum ergo indicia manifesta non sint nisi quedam suspensiones seu presumptiones, propter indicia manifesta non debet quis credere papam esse hereticum. 65

Magister: Respondetur quod differentia est inter scientiam et credulitatem, quia scientia est ex evidentia rei, credulitas autem non est ex evidentia rei. Et ideo licet indicia manifesta que sunt suspensiones seu presumptiones probabiles vel violente nunquam causant scientiam, causant tamen sepe credulitatem. Sepe tamen non causant tam certam credulitatem quod credens a sua credulitate neque debeat neque possit recedere. 70

Discipulus: Quomodo potest probari quod presumptio probabilis vel violenta causat aliquando credulitatem. 75

Magister: Hoc videtur aperte posse probari. Primo per hoc quod iudex absque credulitate quod reus sit dampnandus non debet ad sententiam condemnationis procedere. Sed sepe etiam diffinitiva sententia condemnationis et alia fertur propter solam presumptionem, Extra, *De presumptione, c. Afferte*, ubi dicit glossa super verbo 'date huic': "hec enim fuit sententia diffinitiva lata per solam presumptionem". Et eodem titulo *c. Quanto* 80

⁸⁰ glossa ... huic] Gloss, s.v. date huic, col. 786 ⁸¹ eodem ... 82 glossa] Gloss, s.v. non potuit, col. 788

⁵⁵ ipse] *omitted* Ly ⁵⁶ purgat] purget Ly | eam] etiam Ly ⁶¹ repugnant] repugnent We Vc ⁶² nec] etiam *added* Ly | causa] est *added* We Vc ⁶³ seu presumptiones] *omitted* Bb ⁶⁷ ex'] *omitted* An Fi ⁶⁸ presumptiones] Gs We Vc: probationes Bb An Fi Ly ⁷³ potest] posset Ly ⁷⁴ causat aliquando] causet aliquam Ly causet aliquando We ⁷⁸ diffinitiva] Ly: diffinitivam Ww sententia] supra An *omitted* Vc ⁷⁹ et alia] de aliquo Ly | propter] per We Vc | presumptionem] et *added* An ⁸⁰ date huic] Gl: data Ww ⁸¹ diffinitiva] diffinitivam An We | lata] latam We eodem titulo] *omitted* Ly

dicit glossa: “violenta presumptio quandoque sufficit ad condemnationem”. Ergo ad credulitatem nonnunquam sufficit violenta presumptio.

85 Secundo probatur idem sic. Compurgatores alicuius se purgantis licite iurant se credere quod se purgans dicit veritatem (Extra, *De purgatione canonica*, c. *De testibus* et c. *Quotiens* et cap. ultimo). Sed talem credulitatem non habent nisi ex sola presumptione qua presumunt quod purgatus nolit periurare. Ergo sola presumptio sufficit ad credulitatem.

90 **Discipulus:** Videtur quod hic possit fieri difficultas de differentia inter presumptionem et credulitatem. Quia tamen non reputo eam multum utilem ad propositum quod intendo, nolo ut eam discutias. Sed dic quem effectum habebit ista credulitas de perfidia pape heretici que solis presumptionibus probabilibus vel violentis, seu indiciiis manifestis, habetur.

95

Magister: Respondetur quod talis credulitas aliquem effectum debet habere respectu persone pape heretici, et aliquem respectu quorundam aliorum. Respectu pape heretici duplicem potest habere effectum, secundum quod varia potest esse presumptio de perfidia pape heretici. Quia aut est talis presumptio quod non sufficit ad condemnationem, etiam si esset ordine iudiciario servato probata, aut est presumptio tam violenta quod sufficit ad condempnandum papam hereticum si probata extiterit.

100

Propter primam presumptionem et credulitatem papa in secreto est vitandus, sed non in publico. Quod enim sit in secreto vitandus patet per hoc quod quilibet qui creditur esse excommunicatus est vitandus, saltem in secreto. Sed papa per talem credulitatem creditur esse excommunicatus, ergo a tali credulitate satem in secreto est vitandus. Quod autem non sit vitandus in publico propter talem credulitatem videtur sic posse probari. Nullus debet alium in publico tanquam hereticum et excommunicatum vitare nisi possit probari excommunicatus, vel

105

85 Extra...86 testibus] col. 875 86 c Quotiens] col. 870 | cap ultimo] col. 877 (*Accepimus*)

82 dicit] et infra Ly 85 Extra] de purgationibus vel added Ly 87 nolit] Bb We: noluit An Fi Ly Vc 90 hic possit] posset We 96 Respondetur] dicitur We Vc | aliquem] talem Ly 97 et... aliorum] omitted Ly 98 Respectu...heretici] omitted An Ly | duplicem...99 perfidia] omitted An 99 presumptio-] tam violenta added An 100 non] omitted An | si] omitted Fi 101 tam] omitted Ly Vc 102 extiterit] extistit exa^l Fi extitit Ly et added We 103 in] omitted Ly 105 vitandus] videndus An Fi | papa] omitted Fi | per talem] propter Ly 106 credulitatem] incredulitatem An excommunicatus] quia creditur esse hereticus added We Vc | credulitate] credente Vc 108 alium] aliquem We

nisi publica fama de excommunicatione eius possit probari. Sed papa propter talem presumptionem solam neque potest probari excommunicatus neque potest probari fama quod est excommunicatus. Ergo propter talem presumptionem non est in publico devitandus. 110

Discipulus: Potest esse quod talis presumptio sit publica vel etiam notoria, ergo fama est quod papa est hereticus, et per consequens fama est quod est excommunicatus. Propter famam autem est aliquis tanquam excommunicatus etiam in publico devitandus (Extra, *De sententia excommunicationis*, c. *Cum desideres*). Ergo propter talem presumptionem debet papa etiam in publico devitari. 115 120

Magister: Respondetur quod non propter solam presumptionem talem que non sufficit ad condemnationem pape heretici, quantumcunque sit publica vel notoria, potest haberi quod papa sit tanquam hereticus publice diffamatus. Aliquando enim ex presumptione nulla consurget infamia, et ideo propter tales presumptiones solas non est papa reputandus hereticus vel excommunicatus. 125

Discipulus: Nonne lex dicit quod ex levi causa probatur quis hereticus, ergo propter presumptionem probabilem est papa reputandus hereticus. 130

Magister: Ad hoc respondet glossa Extra, *De presumptione*, c. *Literas*, dicens quod lex debet intelligi quantum ad hoc quod suspectus de heresi habeatur, sed non ut condempnetur de heresi. Quod Innocentius tertius capitulo idem *Literas* satis aperte insinuare videtur, dicens: “propter solam suspicionem, quamvis utique vehementem, nolumus illum de tam gravi crimine”, scilicet 135

118 Extra... 119 desideres] col. 894 131 glossa... Literas] Gloss, s.v. vehementem, col. 794
133 capitulo... 134 Literas] col. 357

110 probari] excommunicatus added Ly | propter] omitted An 111 solam] Kn: solum Ww
neque] post added Ly 113 devitandus] vitandus Ly 116 hereticus] h'e^{co} Fi 117 aliquis] quis
We | excommunicatus:] etc. added Ly 118 etiam] et Vc 119 desideres] Fb We: consideres Ww
123 sit] omitted Ly | vel] sit Ly 124 diffamatus] et added We 125 Aliquando] aliter Ly | nulla]
omitted Vc | consurget] consurgit Fi 128 quod] omitted Ly 131 presumptione] presumptionibus
Vc 132 dicens] omitted Ly | quod:] quantum Bb | quod:] omitted Ly Vc 133 tertius] in added Vc
134 idem] omitted Ly Vc | dicens] omitted Ly 135 utique] Fb: omitted Ww | illum] Fb: eum Bb
We Ly eam An Fi Vc

heresis, “condempnari”. Ex quibus verbis patet quod non propter omnem presumptionem est quis hereticus reputandus, licet propter eam suspectus de heresi habeatur.

140 **Discipulus:** Dixisti de presumptione que non sufficit ad condempnandum eum de heretica pravitate. Nunc dic de alia.

Magister: Dicitur quod si est presumptio tam violenta contra papam quod sufficeret ad condempnandum eum de heretica pravitate si fuerit in iudicio
145 comprobata, credens propter talem presumptionem papam esse hereticum, si potest eam probare in iudicio, tenetur papam in publico tanquam hereticum et excommunicatum vitare.

Discipulus: Hoc videtur repugnare assertioni concilii generalis sub
150 Innocentio tertio celebrati quod, ut legitur Extra, *De hereticis*, c. *Excommunicatus 1^o*, ait: “qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur”. Ex quibus verbis
155 colligitur quod propter nullam presumptionem seu suspensionem de heretica pravitate est aliquis excommunicatus, licet sit excommunicandus.

Magister: Ad hoc respondetur quod verba premissa concilii generalis intelligenda sunt de suspicione probabili que non est adeo violenta ut ad
160 condempnationem sufficiat, non de illa que sufficit ad condempnationem. Quod enim sit aliqua suspicio seu presumptio que ad condempnandum aliquem tanquam hereticum sufficiat, et propter quam debeat hereticus reputari, patet per verba que immediate sequuntur verba prescripta, cum dicit concilium generale:

150 Extra... 151 1o] cols. 787-8

136 condempnari] Fb We Vc: condempnare Bb An Fi Ly | non] *omitted* We 140 que] quod Ly
143 contra] quam An 144 sufficeret] Bb Ly: sufficit An Fi We Vc | fuerit] fuit Bb 151 1o]
omitted Ly 152 nisi] *omitted* Fi | qualitatemque] qualitatem Ly proprie *added* An 153 feriantur]
ferantur We 154 usque] *omitted* We | evitentur] ita quod si per annum in excommunicatione
perstiterint, ex tunc velut heretici condempnentur *added* Ly 159 ut ad] quod ad Ly ut We
161 enim] non An Ly

“ita, quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut heretici
condempnentur”. Ex quibus verbis colligitur evidenter quod est aliqua 165
presumptio que sufficit ad condempnandos hereticos, quia per hoc quod aliquis
in excommunicatione persistit per annum. Propter suspicionem precedentem de
heretica pravitate non habetur per certam scientiam quod est hereticus, sed
solummodo presumptive.

170

Discipulus: Postquam recitasti quem effectum debet habere credulitas habita
per solam presumptionem respectu persone pape, dic quem effectum debet
habere respectu aliorum.

Magister: Dicitur quod credentes propter solam presumptionem papam esse 175
hereticum debent illis qui papam impugnant de heretica pravitate, nisi constiterit
eis legitimis documentis quod calumpniose vel maliciose procedunt, prebere
defensionem quam possunt ac etiam consilium, auxilium et favorem, et eos in
nullo molestare.

180

Capitulum 21

Discipulus: Hec assertio dependere michi videtur ex hiis que dicta sunt libro
sexto a capitulo 37 usque ad capitulum 55, ubi allegasti quod impugnantes
papam hereticum de heretica pravitate sunt a catholicis defendendi. Ideo circa 5
ipsam noli insistere, sed tracta aliam conclusionem supra capitulo 13 istius
septimi recitatam.

Magister: Septima conclusio est quod quibuscunque criminosis et
existentibus male fame, si non declaraverint per legitima documenta aut 10

164 perstiterint] perstiterit Bb Ly | heretici condempnentur] hereticus condempnetur Ly
165 verbis] omitted An Fi | quod] omitted We 166 quia] omitted We | per] scilicet ex Ly
167 suspicionem] autem added Ly 169 presumptive] Capitulum 21 added Ly 171 habita]
heretica Ly 172 persone] omitted Ly | quem] omitted We 175 credentes] credulitas We
176 impugnant] pignant Fi 177 vel] et An Fi 179 nullo] penitus added Fi We Vc 21,1 ...]
omitted Ly 4 a] omitted Ly | 37] 33 Ly | impugnantes] impugnatos We 5 catholicis] cotholicis
We 6 ipsam] We Vc: primam Bb An Fi Ly (perhaps .i^m. in autograph) | tracta aliam] circa
septimam Ly | aliam] septimam We | supra] omitted Ly | istius] huius Vc 10 declaraverint]
declararent Ly

manifesta indicia papam esse hereticum, minime est credendum. Hoc videtur posse probari sic. Nulli criminoso in quocunque negotio est credendum. Ergo nec criminosis contra papam est credendum de heretica pravitate si dictum suum nec per legitima documenta nec per indicia manifesta probaverint. Antecedens
 15 probari potest, ut videtur, per illa que dicta sunt supra libro sexto capitulo 79°. Consequentia probatione videtur nullatenus indigere.

Capitulum 22

Discipulus: Quantum ad opus istud michi sufficiunt ea que dicta sunt in genere predicto capitulo 79 huius sexti. Ideo ad materiam aliam annexam
 5 precedentibus me convertito. Inquisivimus enim a capitulo 10° an imponentes pape heretico perfidiam heresis sint audiendi et an eis fides debeat adhiberi. Nunc autem interrogo an scripta eorum que perfidiam pape heretici declarare nituntur sint videnda, si in scriptis personam pape heretici et doctrinam eius conati fuerint reprobare.

10

Magister: Respondetur quod scripta talium cum diligentia et studio sunt videnda, quod eisdem rationibus quibus ostenditur quod imponentes pape heretico pravitatem hereticam debent audiri videtur posse probari.

15 **Discipulus:** Allega rationes speciales si quas habes.

Magister: Hoc videtur posse probari primo sic. Magis legenda sunt et videnda scripta catholicorum hereticam impugnantium pravitatem quam scripta paganorum infidelium, et hereticorum, que catholicam reprobant veritatem. Sed
 20 scripta paganorum infidelium, et hereticorum, sunt legenda et videnda, non ad

22,19 et hereticorum] here and *infra*: later adscripts to a not fully polished argument

11 Hoc] □ Fi 14 probaverint] probaverit Ly 15 supra] *omitted* Ly | 79o] 69 We
 16 Consequentia] autem *added* Vc 22,3 ea] illa We 4 79] We: 19 Bb An Fi Ly 76 Vc 5 a...
 10o] supra Ly 8 eius] aliis We 12 quod-] quia Ly 13 debent] debet We 15 Discipulus...17
 probari] *omitted and transposed infra* An 17 primo] *omitted* Ly 18 videnda] allega rationes
 speciales si quas habes. M. hoc videtur posse probari. Magis legenda sunt et videnda *transposed* An
 19 et] *omitted* We | reprobant] repñ An 20 infidelium] *omitted* Bb Ly | et hereticorum] *omitted*
 Bb

approbandum vel tenendum sed ad reprobandum et convincendum. Ergo multo magis scripta catholicorum perfidiam pape heretici impugnantium et reprobantium sunt legenda et videnda.

Maiores probatione non indiget. Minor auctoritatibus manifestis videtur posse probari. Hieronymus enim, ut legitur dis. 37 c. *Qui de mensa*, ait: “Qui de mensa et vino regis nolunt comedere, ne polluantur, utique si sapientiam atque doctrinam Babiloniorum scirent esse peccatum, numquam acquiescerent discere quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur, sed ut iudicent atque convincant. Quomodo si quispiam adversus mathematicos velit describere imperitus matheseos, risui pateat, et adversus philosophos disputans, si ignorat dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldaicam, qua et Moyses omnem sapientiam Egiptiorum didicerat”.

Item, Ambrosius, ut habetur dis. predicta c. *Legimus*, ait: “Legimus aliqua, ne negligantur, legimus ne ignoremus, legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus”.

Ex quibus patet quod scripta philosophorum paganorum, et hereticorum, sunt legenda et videnda, non ut approbentur sed ut reprobentur. Ergo multo magis scripta catholicorum declarantium perfidiam pape heretici sunt legenda et videnda.

Discipulus: Hec ratio bene procederet si constaret tales scribentes esse catholicos. Quando autem non constaret eos esse catholicos scripta eorum videnda non essent.

Magister: Nonnullis apparet quod omnino hic desipis, quia audientes alios composuisse libros adversus papam et doctrinam eius aut reputant eos

25 dis...mensa¹] cols. 138-9 33 dis...Legimus¹] col. 138

21 approbandum] probandum Bb Vc | et] vel ad Ly 22 catholicorum] omitted Ly 26 sapientiam] sapientia Bb 27 doctrinam] doctrina Bb | discere] dicere Fi 28 autem] Fb Ly: omitted Ww | ut] omitted Vc 29 convincant] convincat An 30 matheseos] Fb Ly: metheseos Ww | pateat] peteat An 31 dogmata] documenta Ly | Discunt] Fb: discant Ww | mente] dogmata et added Bb An Fi Ly Vc documenta et added We | Chaldaicam] caldeicam Fi | et] Fb: etiam Ww 32 didicerat] didicerat An 33 habetur] loquitur We 34 negligantur] negligamur Ly 36 quibus] verbis added Ly | hereticorum] et added An Fi Ly 37 approbentur] probentur Ly 41 bene...tales] non procederet nisi constaret Ly 42 autem] omitted Bb 45 hic] hi Fi | desipis] deciperis Ly audientes] arguentes Ly | alios] aliquos Vc 46 composuisse] compose Bb contra posuisse Gs

catholicos aut hereticos, aut dubitant, nescientes an sint catholici vel heretici. Si reputant eos catholicos libros eorum non debent respuere sed videre. Si reputant eos hereticos libros eorum videre debent ad reprobandum erronea et ad
 50 respondendum sophisticis argumentis eorum, exemplo sanctorum Moysi et Danielis qui libros infidelium perlegerunt. Quomodo enim hereticorum fallacie dissolventur nisi legantur ? Si autem dubitant, nescientes eos esse neque catholicos neque hereticos, libros debent eorum videre et legere, ut approbent si sint catholici vel reproben si fuerint heretica labe respersi.

55

Discipulus: Facias alias rationes.

Magister: Secunda ratio specialiter probat quod ignorantes papam esse hereticum scripta aliorum contra ipsum debent legere et videre. Nam dubia,
 60 maxime de hiis que sunt necessaria ad salutem, sunt diligenter discutienda, teste Apostolo qui 1 Thess. 5^o ait: “omnia autem probate, quod bonum est tenete”, ubi dicit glossa: “probate, id est, ratione discutite” omnia probanda scilicet, certa enim non egent discussione, “et” quod bonum est, id est, “quod bonum invenitur, tenete”. Ex quibus verbis colligitur quod dubia, presertim si fidem et
 65 salutem tangunt, sunt diligenter discutienda. Sed illa que scribuntur contra papam hereticum sunt necessaria ad salutem, quia spectant ad fidem que est necessaria ad salutem. Ergo nescientes an tales scribentes sint catholici vel heretici debent eorum scripta diligenter discutere et examinare.

Tertia ratio est hec. Illorum scripta sunt videnda cum quibus est licitum
 70 disputare, quia easdem rationes ore quis profert et scribit. Quod autem debet audiri debet et legi si scribitur. Sed cum illis qui dicunt et scribunt papam esse hereticum licitum est disputare ad veritatem inveniendam. Ergo et eorum scripta debent legi et videri.

61 1...5o] 1 Thessalonians 5:21 | ubi...62 glossa] Walafriid Strabo, *Glossa ordinaria, epistola prima ad Thessalonicenses*, PL, t. 114, col. 620B

47 Si] et We 49 eorum] omitted An | erronea] errorem Ly 50 argumentis] artis Vc | sanctorum] et added Ly 51 fallacie] fallere Fi 52 dissolventur] dissolvantur Ly | eos...53 hereticos] eos esse catholicos (=catholicos esse Vc) neque scientes eos esse hereticos We Vc 53 si sint] sit We 61 qui] omitted Ly | 1] ad added Ly | 5o ait] omitted Ly 62 probanda] probando incerta Ly 63 egent] indigent Ly | bonum] esse added Bb An Fi We Vc 65 tangunt] tangant Ly 66 necessaria] necesse An 70 quia] per added Ly 71 et] etiam Ly | legi] eligi Bb An Fi scribitur] scibetur We

Capitulum 23

Discipulus: Quia iste rationes michi videntur apparentiam aliqualem habere, reputoque probabile quod scripta catholicorum contra papam hereticum sunt nullatenus contempnenda, licet contra predicta aliquae obviaciones michi 5
occurrant, nolo tamen hic eas tractari, sed inferius dabo tibi occasionem discutiendi eas. Ideo dic nunc breviter an illi qui nolunt credere referentibus papam esse hereticum, quando in rei veritate esset hereticus, et qui nolunt scripta catholicorum contra papam hereticum legere nec videre, sint inter dampnabiliter credentes pape heretico numerandi, et qua pena sunt plectendi. 10

Magister: Iuxta pertractata duas interrogationes proponis, ad quarum primam distinguendo respondetur, quia nolentium credere papam esse hereticum quando esset hereticus quidam sunt qui dampnabiliter nolunt hoc credere, vel quia nolunt de eius perfidia informari, vel quia licet sint informati nolunt 15
informationibus sufficientibus et fidem facientibus de perfidia pape heretici adhibere fidem. Quidam autem sunt vel esse possunt qui absque crimine nolunt credere papam esse hereticum, utpote illi per quos non stat quin de perfidia pape heretici informentur et eisdem informationibus fidem facientibus de perfidia pape heretici credant et fidem adhibeant. Item, dampnabiliter recusantium 20
credere papam esse hereticum quidam sunt qui quamvis crederent eum esse hereticum in nullo possent ei vel eius erroribus obviare. Aliqui vero possent ei vel eius erroribus obviare publice vel occulte.

Dicitur ergo quod nolentes credere informationibus rationabilibus facientibus fidem de perfidia pape heretici, si possunt sibi vel eius erroribus 25
obviare, non solum credentes dampnabiliter pape heretico sed etiam fautores eius sunt censendi. Si vero in nullo possunt pape heretico vel eius erroribus obviare, credentes et non fautores reputari debent. Si vero sunt aliqui qui nolunt

23,4 reputoque] reputo Ly 5 contempnenda] condemnanda Ly | licet] sed Ly | obviaciones] obiectiones We Vc 6 occurrant] occurrunt Ly | tractari] Bb Vc: tractare An Fi Ly We 8 et... 10 heretico] omitted We 9 scripta] hereticorum added An | sint] sunt Ly 12 pertractata] pertractanda We pertentata Vc 13 primam] prima We | quia] quod An Ly 14 hoc credere] credere papam esse hereticum We Vc 21 quidam... 22 hereticum] omitted Fi | crederent eum] credant papam Ly 22 ei] pape heretico We Vc | eius] eis Fi | Aliqui... 23 obviare] Fi We Vc: omitted Bb An Ly | ei:] pape heretico We Vc 23 occulte] aliqui vero possent eius erroribus publice vel occulte obviare added Ly 24 rationabilibus] garbled An 27 eius:] eiusdem Ly We Vc | vel] nec Ly 28 sunt] Bb We: sint An Fi Ly Vc

30 credere papam esse hereticum quia non sunt de eius perfidia informati, nec per
eos stat quod non informantur, nec fautores nec dampnabiliter credentes pape
heretico sunt censendi.

Discipulus: Intellego responsionem istorum quantum ad hoc. Ideo dic qua
pena illi qui dampnabiliter renuunt credere papam esse hereticum sunt plectendi.

35

Magister: Ad hoc patet responsio per illa que dicta sunt superius capitulo 2^o,
quia ut dictum est hic, tales sunt dampnabiliter credentes, ibi autem dictum est
quod credentes sunt excommunicationis sententia involuti. Ergo qui
dampnabiliter renuunt credere papam esse hereticum sunt excommunicationis
40 sententie vinculo alligati.

Discipulus: Dic ad secundam interrogationem.

Magister: Ad ipsam respondetur quod illi qui dampnabiliter renuunt legere
45 vel videre aut audire scripta catholicorum contra papam hereticum, si possunt
obviare pape heretico vel eius erroribus, non solum credentes sed etiam fautores
eiusdem sunt habendi. Si autem obviare non possunt, solummodo credentes sunt
putandi, et tam hii quam illi excommunicationis sententia sunt ligati.

50 **Discipulus:** Nunquid illa que dicta sunt prius secundum istos debent intelligi
de credentibus aliis hereticis quam pape.

Magister: Respondetur quod de aliis consimiliter debent intelligi, licet
gravius peccent illi qui credunt pape heretico quam aliis, eo quod papa hereticus
55 est magis nocivus et magis periculosus quam alii heretici.

29 papam] papa Bb 30 informantur] informentur An Fi Ly 31 heretico] heretici Vc 36 illa] ea
Vc | superius] inferius Vc 37 hic] ibi Ly | credentes] credente Bb 38 involuti] innodati Ly
39 renuunt] *omitted* An 40 sententie] An Fi: sententia Bb et added Ly *omitted* We Vc
45 papam...46 solum] *omitted* An 50 illa] *omitted* Ly | istos] ista Ly | intelligi] Magister: *added*
Ly 51 de...53 intelligi] We Vc: *omitted* Bb An Fi Ly 53 aliis] allis We | licet] liquet quod Ly
55 nocivus et] *omitted* We

60

65

70